



Casa  
Gab.  
Est.  
Tab.  
N.º

H  
D  
20  
5

Sala H  
Gab.  
Est. 13  
Tab. 5  
N.º

cut 9/10



COMMENTARII  
IN PRIMAM PAR-  
TEM DECRETI  
GRATIANI.

OPUS DOMINI RODERICI ACYNHAMI

Magistri, Doctoris, et Canonici Regularis

Ordinis Praedicatorum, et Episcopi

Diocesis Segovienensis

Est. 926.

SENEGALIA AVGVSTA

in aedibus Regiae Anno Domini M.D.C.

H  
D  
20  
5

Handwritten text, possibly a signature or name, written in a cursive style.

Small handwritten mark or signature at the bottom left.

Small handwritten mark or signature at the bottom center.

Small handwritten mark or signature at the bottom right.

COMMENTARII  
IN PRIMAM PAR-  
TEM DECRETI  
GRATIANI.

AUCTORE DOM RODERICO ACVNHA  
*Iuris Pontificij Conimbricensi Doctore. Olim hæretica prauitatis  
Vlyssipponensi Inquisitore. Postea Portalegrensi episcopo.  
Deinde Portucallensi. Nunc Archiepiscopo,  
ac Domino Brachara, Hispaniarum Primate.*



BRACHARÆ AVGVSTÆ.

Ex officina Ioannis Roderici. Anno Domini M.DC.XXIX.



COMMEMENTARIJ  
 IN PRIMAM PAR-  
 TEM DECRETJ  
 GRATIANI

AUCTORE DOM ROBERTO RODERICO ACVNHA  
 Parisiensi Contrabitorum Doctore. Olim haretice pravitatis  
 Kysipponensi Inquisitore. Postea Portuensi episcopo.  
 Deinde Portuensi. Nunc Archiepiscopo  
 ac Domino Brachara, Hispa-  
 niarum Principe.



BRACHARAE AVGVSTAE

Ex officina Iohannis Roderici. Anno Domini M.DC.XXIX



O Padre Doutor Iorge Cabral veja estes comentários compostos por o senhor Bispo do Porto, & informe com seu parecer. Lisboa 24. de Setembro de 1626.

O Bispo Inquisidor Geral.

**P**ari studio, ac voluptate peregi mihi iniunctum munus ab Illustrissimo domino episcopo D. Ferdinando Martins Mascarenhas, generali fidei Quasitore pro Lusitania regnis, & catholicae Maestatis à consilijs pro regni statu: munus, inquam, praevidendi prius volumen commentariorum in Decretum Gratiani nuper editum ab Illustrissimo domino Dom Roderico à Cunha episcopo Portuensi, electo Archiepiscopo Bracharensi, Hispaniarum primare, eiusdemq; regis Catholici consiliario: quo quidem peracto, mihi in ancipiti cura versatur animus: hinc enim illustrissimi praesulis, ac supremi fidei Quasitoris urget praeceptum (cui non parere grandepiaculum censeo) propalandi scilicet, quicquid de hoc opere lentiam: illinc vero illustrissimi Auctoris monita (quae mihi sunt instar legis) nè promam, quae illud comendare videntur. Vtriusque ergo iussis libens obtemperabo; illustrissimi quidem Auctoris, supersedendo ijs, quae in tanti operis comendationem dici poterant: illustrissimi vero supremi fidei Quasitoris, meum paucis ferendo iudicium, quo scilicet opus dignissimum censeo, quod typis in lucem editum posteritati comendetur; sic enim fiet, ut ea quae nunc prudens taceo lucernae instar in aperto collocatae totum orbem irradiant; in quibus non extremum locum obtinent indefectum Auctoris studium, acutissimum ingenium in veritate indaganda, controversijsque excitandis: praclarissimum iudicium in iisdem componendis, rationumque pondera, quibus suam ubique firmat sententiam trutinando; ac mira denique sapientia, qua ita omnia pertingit, difficultia quaeque perscrutatur, & obscura incredibili brevitate dilucidat, ut merito utrique Hispaniae gratulari possimus, quod si non regalis, saltem ecclesiasticus ipsarum clavus novo feliciter regantur Roderico: & ab altero praesule sapientissimo non iam Abulensi, sed ipsarum Primare dignissimi pari doctrina, ac sapientia collustrentur. Vlyssipone in domo D. Rochi Societatis IESV, 21. Octob. ann. 1626.

Doutor Iorge Cabral.

Podese imprimir.

O Bispo Inquisidor Geral.

Que se possa imprimir este livro, visto as licenças do Sancto Officio, & Ordinatio, que offerece, & depois de impresso torne pera se taxar, & sem isso não correrá, a 24. de Outubro de 1626.

D. de Mello.

Aranjo.

Cabral.

Mesquita.

Taixão este livro em mil, & trezentos reaes em papel: a 27. de Fevereiro, de 629.  
Cabral. Pimenta de Abreu.



1  
Beroaldus in  
floribus poet.

2  
Lucius Flor. in  
prafat.

3  
Salust. in con-  
iurat. Catel.

4  
D. Hiero epist.  
ad Dam. Pap

5  
Idem ubi pro-  
ximè.

6  
Iust. Lyps. in  
prolog. Polit.

7  
Ausonius edyl.  
28. num. 340.

8  
Simanc. in de-  
dicat. Colle-  
taneorum.

9  
Lyps. ubi supr.

10  
D. Cyprian. in  
prafat. adver-  
sus Iudeos.

11  
Lippoman. in  
Exod. ad Reg.  
Ioan.

12  
Aug. apud Lip-  
pom. loco citat.

13  
Virg. Eglog. 3.

14  
Lipsius in Po-  
lit. in prafat.

15  
Plin. natural.  
hif. ad Vespaf.

16  
Covas lib. 4.  
var. cap. 11.

17  
Alexad. ab A-  
lex. in prolog.

N tibi, Lector candide, <sup>1</sup> qua sparsim, & intercisim apud cō-  
plures scriptores intervallata, cum labore reperiebantur, in unum  
quasi corpus redacta, collegi: ut citra fatigationem, microsamq;  
investigationem se offerant obvia studiosis. Nam <sup>2</sup> in brevi quasi  
tabella faciam id, quod solent, qui terrarum situs pingunt; om-  
nem scilicet doctorum operam, & in centum Gratiani dis-  
tinctiones commentationem, huic libro, tanquam anulo gemmam insertam,  
dabo. Opus quidem multo sudore, & industria elaboratum, ac inter assiduas  
lucubrationes expolitum, <sup>3</sup> non enim socordia, atq; desidia bonum otium est con-  
terendum. Nec tamen <sup>4</sup> ex flumine Tulliana eloquentia ducendus est rivulus; neq;  
aures Quintiliani flosculis, & scholari declamatione mulcenda; sed pedestris ora-  
tio ex factorum Canonum, & Doctorum testimonijs attextenda, <sup>5</sup> qua rem ex-  
plicet, sensum edisserat, obscura manifestet. Ita tamen, ut omnes qui legerint, p-  
comperto habeant; <sup>6</sup> omnia nostra esse, & nihil. Cum ordo à nobis sit, verba ta-  
men, & sententias variè conquisivimus, <sup>7</sup> ideoq; de inconnexis continuum, de diver-  
sis unum, de alieno nostrū duximus; <sup>8</sup> aliorum quippe dicta ingenuè decerpere, & cō-  
texere malui, quàm mea temerè effutire; nec enim is ego sum, qui nunc nova, & me-  
morabilia invenire, aut elegantè, & novè dicere possim. Quapropter <sup>9</sup> ad disputa-  
tiones, aut amenitates me non diffudi; sed pressis habentis curram hunc, ut sic dicam,  
continui intra orbitas usus, & actionis; <sup>10</sup> quibus non tam tractasse, quàm tractanti-  
bus materiam præbuisse videamur. Hoc tamen in laconismo alterū habes Amal-  
thæ cornu, quod tibi omnia, ut spero, abundè suppeditabit. Ac proinde, <sup>11</sup> quo  
spiritu locuti sint Sancti illi Patres, qui priscis tēporibus floruerūt, cognoscere poteris  
nostrorum tenuium collatione; non enim ita commodè, plenèq; haustu summi illa grā-  
dia potuissent, ni nostra hac exilia subnexuissim. Neq; futilem, aut inanem hunc  
nostrum laborem existimabo, si rem propius, medullitusq; inspexeris. <sup>12</sup> Di-  
versa siquidem interpretatio plus adiuvit intelligentiam, quàm impedivit, & non-  
nullas obscuriores sententias plurium codicum manifestavit inspectio. Non vero al-  
ternam sententiarum varietatem demireris, <sup>13</sup> amant enim alterna camena: &  
ut <sup>14</sup> Phrygiones ex varijs coloris filo unum aliquod auleum formant, sic nos ex mil-  
le Doctorum testimonijs uniforme hoc, & coharens opus sumus: exorsi, ut tot, ta-  
torumq; virorum auctoritas <sup>15</sup> vetustis novitatem, novis auctoritatem, obsoletis  
nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam daret. Ea autem mihi causa fuit Gra-  
tiani opus suscipiendi illustrandum; tum quòd à paucis expositum, ijsq; anti-  
quissimis, tum quod, <sup>16</sup> in eo magnam iuris divini, & humani professoribus uti-  
litatem inspexi, ut plane qui eius lectionem, vel omiserit, vel negligenter fuerit ag-  
gressus, multarum rerum cognitione privatus iure sit ex albo eorum delendus, qui  
utrusq; iuris professores censentur. Coeterum danda est venia <sup>17</sup> homini pastora-  
lis officij curis distracto, & animo varijs actionibus impedito, qua maxime à quie-  
te doctrinarum avocant; si opus non videat lucem undequa; concinnatum, &  
ad amissim perfectū. Meum tamen laborem non cassum, aut irritum existima-  
bo, si tibi, lector studiose, vel exiguum inde effluerit emolumentum. Vale.

## Emendanda.

- Pag. 12. col. 1. n. 1. lin. 3. ut quædam, lege  
ut sit quædam.
- Pag. 19. col. 2. n. 6. lin. 3. Edit. lege Cod.
- Pag. 33. col. 1. n. 8. lin. penult. dist. lege decif.  
203. & col. 2. n. 1. dist. 5. lege decif. 5.
- Pag. 39. col. 1. n. 5. lin. 13. impliciti, lege expli-  
citi, & col. 2. lin. 2. peccatorū, lege præceptorū.
- Pag. 48. col. 1. n. 3. lin. 9. doctori, lege doctorū.
- Pag. 60. nu. 4. lin. 6. Monitaria, lege monito-  
ria.
- Pag. 64. col. 2. ad fin. n. 4. texum, lege tex-  
tum.
- Pag. 65. col. 1. n. 2. lin. 3. §. 3. & inde, lege vers.  
& inde, & col. 2. n. 2. lin. 4. §. 3. & inde, lege  
vers. & inde.
- Pag. 67. col. 2. in summ. n. 3. doctrina, lege dif-  
ferentia.
- Pag. 69. col. 2. n. 2. lin. 11. num. 16. lege n. 26.
- Pag. 70. col. 2. in principio, n. 2. lin. 5. servan-  
dum, lege servandam.
- Pag. 88. col. 2. n. 21. lin. 19. adhibendi, lege ad-  
hibendi.
- Pag. 89. col. 2. n. 28. lin. ult. cum, lege eum.
- Pag. 97. col. 1. n. 12. passa est, lege passa est.
- Pag. 112. col. 1. lin. 9. Societati, lege Societatis.
- Pag. 113. col. 2. n. 7. lin. 16. honre, lege honore.
- Pag. 119. col. 2. n. 2. lin. 9. de eius, lege Decius.
- Pag. 121. col. 2. n. 5. lin. 2. ego, lege ergo.
- Pag. 130. col. 1. ad fin. n. 1. lin. 2. Mantua, lege  
Mantua.
- Pag. 132. in summ. n. 6. lin. 3. Nova lege Non.
- Pag. 140. col. 1. n. 7. lin. 15. principalis, lege par-  
ticularis.
- Pag. 143. col. 2. n. 8. lin. 7. illa, lege ille.
- Pag. 158. col. 1. n. 6. lin. 13. decif. 62. lege. dist. 62.
- Pag. 163. col. 2. n. 8. lin. 3. vel. lege sed.
- Pag. 164. col. 1. lin. 11. Gregor. Lopez, lege Gre-  
gor. Toloffan.
- Pag. 165. col. 2. n. 4. lin. 6. lib 9. lege lib. 10.
- Pag. 169. col. 1. n. 2. lin. 6. laicis, lege calicis.
- Pag. 185. col. 1. n. 2. dist. 19. lege dist. 23.
- Pag. 185. n. 10. dist. 12. lege dist. 23.
- Pag. 188. n. 13. lin. penult. mundum, lege modū.
- Pag. 194. col. 1. n. 4. lin. 1. filios, lege filios.
- Pag. 207. col. 2. lin. 2. Caiet. lege Gaet.
- Pag. 217. col. 2. lin. 1. abiguntur, lege abigunt.
- Pag. 223. col. 2. n. 6. lin. 3. recipit, lege respicit.
- Pag. 235. col. 2. n. 13. lin. 7. Cornelius, lege Ca-  
rolus.
- P. 237. col. 2. n. 2. lin. 10. dist. 44. lege dist. 34.
- P. 238. col. 1. n. 4. lin. 11. Sum quidem, lege  
sunt quidam.
- P. 239. col. 2. n. 2. lin. 4. Extravagante, lege ex-  
travagantem, & lin. 6. prædicti, lege prædicta.
- P. 268. col. 1. n. 5. lin. 11. n. 214. lege n. 114.
- P. 271. col. 1. n. 10. lin. 2. convertit, lege con-  
trovertit.
- P. 275. col. 1. in summ. num. 4. Monachi, lege  
moniales.
- P. 277. col. 2. n. 4. lin. 14. ad cap. Oportet, lege  
ad cap. Non oportet.
- P. 279. col. 1. n. 3. lin. 15. omnium, lege ordinū.
- P. 295. col. 1. n. 1. lin. 12. Tuschus, lege Fuscus.
- P. 295. col. 2. in summ. 3. huminus, lege ho-  
mines, & lin. ult. Gratianus, lege gratus.
- P. 300. col. 2. lin. 4. cap. Si, lege causa 51.
- P. 301. col. 2. in princip. scribentibus, lege scri-  
bentes.
- P. 306. col. 1. n. 2. lin. 6. 269. lege 26.
- P. 311. col. 2. n. 4. lin. penult. quodlibet, lege  
quæstionc.
- P. 313. col. 2. n. 1. lin. penult. revocatum, lege  
renovatum.
- P. 315. col. 2. n. 2. lin. 4. nutritium, lege nutri-  
tium.
- P. 329. col. 1. n. 4. lin. 4. Commentarijs, lege  
Commendatarijs, & idem lin. 26.
- P. 333. col. 1. n. 2. lin. ult. vol. 1. q. 5. lege vol. 2.  
conclus. 683.
- P. 334. col. 2. n. 2. lin. 10. pro 150. lege pro ut  
n. 150.
- P. 337. col. 2. n. 4. lin. 12. prius, lege penius.
- P. 347. col. 2. n. 3. lin. 14. n. 2. lege art. 2. & lin. q.  
15. Arbetinus, lege Albertinus.
- P. 349. col. 1. n. 4. lin. 7. 21. lege illatione 2110.
- P. 350. col. 2. lin. penult. Richardus, lege Ric-  
cius, & lin. ult. distin. lege decif. ibi, Ber-  
tandus, lege Bernard.
- P. 351. col. 1. in summ. n. 5. honore, lege ho-  
norare.
- P. 356. col. 1. n. 5. lin. 6. Gemini, lege Gomes.
- P. 357. col. 1. n. 5. lin. 26. Thusechum, lege Fuscū.
- P. 364. col. 1. n. 3. lin. 7. in c. 50. lege in cap. q.  
Quadragesimæ 64. & col. 2. n. 4. lin. 13. de q.  
cit. lege dist.
- P. 373. col. 2. n. 5. lin. 4. aliquem, lege aliquam.
- P. 374. col. 2. n. 1. lin. 6. comm. lege consil.
- P. 383. col. 1. n. 3. lin. ult. Cavall. lege Cevalh.
- P. 385. col. 1. n. 5. lin. 17. deem, lege idem.
- P. 388. col. 2. lin. 21. Fulchus, lege Tuschus.
- P. 390. col. 1. n. 3. in summ. Iesue, lege Iesus.
- P. 391. col. 2. n. 5. lin. penult. quia via, lege qua  
via.
- P. 394. col. 1. lin. ult. an pater, lege an pauper.
- P. 395. col. 1. lin. 5. in Manuali num. lege in  
Man. cap. 25. n. 74. & 77.
- P. 396. col. 2. n. 1. lin. 4. per recop. lege Azeve  
do lib. 8. novæ recop.
- P. 401. col. 1. n. 3. lin. ult. Orascus, lege Oros-  
cus; & n. 4. lin. 8. Cassiodor. lege Cassador.
- P. 403. col. 1. n. 1. lin. 9. idest, lege eodem li-  
bro; & col. 2. n. 4. lin. 4. illum, lege illam.
- P. 412. col. 2. cap. Siquis post. XVI. lege EXI.
- P. 417. col. 1. n. 1. lin. 6. permotum, lege Pen-  
notum; & col. 2. n. 4. lin. 2. Procuratoris, le-  
ge Procuratores; & lin. 4. preeceffum, lege  
processum firmant.
- P. 441. col. 1. n. 2. lin. 34. potremo, lege postremo.

## Emendanda.

- p. 459. col. 1. n. 69. lin. ult. Pheguis, lege Rhe-  
gus.
- p. 464. col. 1. in princip. lin. 4. consider. lege  
consil. & col. 2. n. 3. lin. 7. confid. lege con-  
sil. & lin. 20. confid. lege consil.
- p. 485. n. 2. lin. 17. utraque, lege utrum sit.
- p. 486. col. 1. n. 5. Ancharran. Aman, lege Anch.  
Annan.
- p. 494. col. 1. n. 5. lin. 9. pumillorum, lege pufil-  
lorum; & lin. 10. pumili, lege pufilli.
- p. 507. n. 16. lin. 30. ne clerici, lege de cleric.
- p. 511. col. 1. n. 10. lin. 3. 6. de natur. lege Cod.  
de natur.
- p. 512. col. 1. n. 7. lin. 16. confid. lege consil.
- p. 518. col. 1. n. 8. lin. ante penult. n. 45. leg. 85.
- p. 525. col. 1. n. 3. lin. 3. natus, lege ordinatus.
- p. 531. col. 1. n. 17. lin. 6. Iomol. lege Imol.
- p. 553. col. 1. n. 3. lin. 12. submittere, lege sub-  
mitterent.
- p. 554. col. 2. n. 2. lin. 7. Antonio, lege Antonino.
- p. 565. col. 1. n. 6. lin. 9. vere, lege iure.
- p. 576. col. 2. lin. penult. modio, lege medio.
- p. 583. col. 1. n. 1. lin. 10. Sixti, lege Pij.
- p. 587. col. 2. n. 1. lin. 2. in, lege de.
- p. 597. n. 23. lin. penult. diffinit. lege difficultate.
- p. 598. ubi repereris Lambertus, lege Lamber-  
turus.
- p. 603. col. 2. n. 4. lin. penult. pranam, lege prae-  
nam.
- p. 608. col. 2. n. 2. lin. ult. not. lege voto.
- p. 609. col. 2. n. 7. lin. 16. tate, lege tali.
- p. 611. col. 2. n. 2. lin. 7. sam, lege eam.
- p. 614. col. 1. lin. 1. Alciatus, lege Alciatum.
- p. 620. col. 2. n. 3. lin. ult. 79. lege 29.
- p. 621. col. 2. n. 20. lin. ult. Gallus, lege Gail.
- p. 633. col. 1. n. 10. lin. 5. p. rab. lege p. rator.
- p. 634. col. 1. n. 8. lin. 15. n. 61. lege n. 6.
- p. 640. col. 1. n. 11. lin. 5. minoribus, lege mu-  
neribus.
- p. 645. col. 2. lin. summ. n. 21. quae vera, lege  
quae minus vera.
- p. 649. col. 2. n. 28. lin. 17. spirituali, lege cor-  
porali.
- p. 662. col. 2. n. 25. lin. 14. à filio, lege à filo.
- p. 664. col. 1. n. 4. lin. 4. in cap. lege in cap. 1.  
& lin. 8. 94. lege 93. & lin. 12. rei humana,  
lege rei beneficiaria; & lin. 13. ortum, lege  
torum.
- p. 677. col. 2. n. 1. lin. 6. ad hospitium, lege ad  
cap. hospitium.
- p. 681. col. 1. n. 1. lin. 3. videarum, lege vidua-  
rum.
- p. 687. col. 1. n. 3. lin. 4. 65. lege 63.
- p. 690. col. 2. n. 3. lin. 11. ibi 102. lege 102. in usi-  
bus feudorum.
- p. 694. col. 2. n. 1. lin. ult. quod, lege quos; &  
valon, lege valent; & Florent, lege Florent.
- p. 700. col. 2. lin. ult. prudenti, lege prudenti.
- p. 706. col. 1. lin. 7. corrigens, lege corrigentis.
- p. 708. col. 1. lin. 17. n. 4. credit, lege tradit; &  
col. 2. n. 2. lin. 4. omnis, lege omnes; & in  
summar. n. 1. possi, lege possit.
- p. 721. col. 1. n. 3. lin. 13. Sanctissimus, lege  
Pijssimus.
- p. 725. col. 1. n. 1. lin. 3. tanetur, lege tenetur.
- p. 726. col. 2. n. 4. lin. 10. iurantis, lege cu-  
rantis.
- p. 742. col. 2. n. 2. lin. 3. est, lege erat.
- p. 748. col. 2. n. 5. lin. 10. Guilcherius, lege Gui-  
lielmus.
- p. 766. col. 2. n. 4. lin. ult. regul. lege regia.
- p. 768. col. 2. n. 6. lin. penult. de pœnis, lege de  
pœnitentijs.
- p. 767. col. 1. n. 2. lin. 3. ibi infra tit. 1. lege  
Cod. de episcop. & cleric.
- p. 770. col. 1. n. 7. lin. 10. potior, lege pote-  
rior; & n. 1. lin. 11. dedositam, lege depositam.
- p. 772. col. 2. n. 4. lin. 7. Albertus, lege Alber-  
tic.
- p. 774. col. 1. n. 14. lin. 5. Azor, lege Actor. &  
col. 2. n. 2. lin. 9. hominò, lege hominem; &  
lin. 14. maioris, lege maioris.
- p. 775. col. 2. n. 3. lin. 10. Tra Allu, lege fratrem  
Aluarum.
- p. 776. col. 2. n. 3. lin. 8. quænam, lege quadam.
- p. 778. col. 1. n. 1. lin. 8. cap. 11. lege cap. 1. &  
& col. 2. n. 4. lin. 8. n. 1. lege lib. 1. & n. 2.  
lin. 8. custodes, lege custodis.
- p. 780. col. 2. n. 6. lin. 4. raptam, lege ratam; &  
n. 7. lin. 5. quam, lege quem.
- p. 781. col. 1. n. 1. lin. 2. prohibetur, lege pro-  
hibet.
- p. 784. col. 2. n. 13. lin. 13. ordinam, lege novæ  
recopil.
- p. 785. col. 2. n. 2. lin. ult. non, lege nam, & n. 1.  
lin. 2. ab, lege ad.
- p. 786. col. 2. in summar. in num. 7. ad etiam,  
lege ad vitam.
- p. 787. col. 1. n. 3. lin. 5. Cant. lege Can. & col.  
2. n. 2. histor. lege historia.
- p. 791. col. 2. in summar. n. 1. nevent, lege de-  
bent; & n. 2. in 2. vers. onimos, lege animos.
- p. 792. n. 1. c. 8. lin. ult. & lege ex.
- p. 796. col. 1. lin. 1. 12. lege 11.
- p. 797. col. 2. n. 7. lin. 2. tenatur, lege teneat-  
ur.
- p. 808. col. 2. n. 1. lin. ult. 165. lege 65.
- p. 815. col. 2. n. 7. lin. 5. 147. lege 47.
- p. 818. col. 1. n. 2. 197. lege 1. quæst. 7.
- p. 828. col. 2. n. 17. lin. 8. nihilominus, lege ni-  
hil tamen contra.
- p. 829. col. 2. n. 20. lin. ult. communionem, le-  
ge commissionem.
- p. 831. col. 2. n. 4. lin. 4. cap. 7. lege cap. 6.
- p. 832. col. 2. n. 7. lin. 30. sacerdoti, lege sacerdoti.
- p. 835. col. 1. lin. 12. missarum, lege missas.
- p. 842. col. 1. n. 24. lin. 3. abtineant, lege obti-  
neant, & lin. 11. fortunatus, lege Fortunius.

## Emendanda.

- p. 855. col. 1. lin. 1. renovavit, lege revocavit.  
p. 856. col. 2. n. 19. lin. 15. anuis, lege annis; &  
lin. 20. c. 2. lege c. 42. & lin. 21. cap. lege cap.  
5. & lin. penult. per. lege par.  
p. 861. col. 1. n. 10. lin. 13. contradixi, lege con-  
tradixit.  
p. 866. col. 1. n. 2. lin. 6. venennt, lege veniunt.  
p. 871. col. 1. lin. 2. valebant, lege velabant.  
p. 872. col. 2. lin. 5. Durtnd. lege Durand.  
p. 880. col. 1. n. 4. lin. 7. ecclesis, lege ecclesijs;  
& col. 2. n. 5. lin. 16. œceptis, lege exceptis;  
& lin. 17. finem, lege fidem; & lin. 26. dæ-  
cessibus, lege dæcessibus.  
p. 882. col. 1. lin. 6. nimirum, lege nimium; &  
col. 2. n. 2. lin. 11. prosequibus, lege prose-  
quitur; & lin. 17. ducllatoribus, lege duella-  
toribus.

## Addenda.

- Pag. 55. col. 1. in c. Si in adiutorium, n. 1. lin. 8.  
Iason. Adde in l. de quibus.  
p. 119. col. 1. n. 1. lin. ult. Adde posita ad cap.  
ult. n. 1. dist. 96.  
p. 132. col. 2. n. 3. lin. 4. Lopes, Adde part. 7.  
p. 133. col. 2. n. 5. Felinus, Adde in cap. accipi-  
mus, n. 3. in principio, de fide instrument.  
p. 162. col. 1. n. 2. lin. 12. n. 4. Adde dist. 28.  
p. 181. col. 1. nu. 1. lin. 11. ad cap. Adde si qui  
sine.  
p. 184. col. 2. n. 5. lin. ult. cap. Adde si qui sine.  
p. 185. col. 1. n. 8. lin. 3. Adde posita ad cap. Dia-  
coni, 23. n. 2. & 6. dist. 93.  
p. 194. col. 1. in princip. dist. 28. Adde posita ad  
cap. præcipimus, n. 1. dist. 90.  
p. 200. col. 1. n. 1. lin. 4. dist. 28. Adde, & ad cap.  
præcipimus, n. 1. dist. 90.  
p. 211. col. 2. lin. 5. à princip. Decianus, Adde  
volum. 1.  
p. 221. col. 1. n. 2. lin. 6. Adde latius ibi birris ad  
initium dist. 100, n. 8. & 9.  
p. 225. col. 2. n. 5. Adde posita ad cap. 2. n. 2. dist.  
82.  
p. 250. col. 1. n. 8. lin. 16. con vers. Adde con-  
iugator.  
p. 253. col. 2. lin. 1. dist. 27. Adde, quæst. 3. art. 1.  
Navarr. in Manual. cap. 27. n. 195.  
p. 263. col. 1. lin. ult. in cap. Adde 1.  
p. 266. col. 1. n. 1. lin. 7. n. 4. Adde de sentent.  
excommun.  
p. 280. col. 1. n. 1. lin. 5. nostri, Adde textus.  
p. 283. col. 1. nu. 2. Adde posita ad cap. propo-  
suisi, n. 4. dist. 82.  
p. 289. col. 1. nu. 2. Adde posita ad cap. propo-  
suisi, n. 4. dist. 82.  
p. 290. col. 1. nu. 7. Adde posita ad cap. propo-  
suisi, n. 4. dist. 82.  
p. 297. col. 2. n. 3. lin. 8. lib. 3. Adde anno Christi,

- p. 298. col. 1. n. 2. lin. 12. cap. statutum, Adde de  
electione.  
p. 353. n. 6. lin. 2. de transact. Adde Iason. in l.  
p. 355. col. 1. n. 12. lin. 20. de probat. Adde lib.  
2. cap. 29.  
p. 356. nu. 4. Adde posita ad cap. qui clemen-  
tiam, 22. n. 2. dist. 86.  
p. 364. col. 1. n. 3. lin. 7. in cap. Adde Quadra-  
gesimæ 64.  
p. 371. col. 2. n. 6. Adde posita ad cap. Nullus,  
n. 3. dist. 14.  
p. 395. col. 1. n. 5. lin. 13. in Man. Adde cap. 25.  
p. 401. col. 2. in sumario, Adde, 2. Doctores  
qui textus meminere.  
p. 28. col. 2. in principio, lin. penult. eum qui,  
Adde de regulis iuris, lib. 6.  
p. 562. col. 1. in fine, r. 9. Adde posita ad cap.  
priusquam, 4. dist. 28.  
p. 565. col. 2. n. 1. Adde posita ad cap. An puta-  
tis, 13. n. 5. dist. 86.  
p. 616. col. 2. n. 2. Adde posita ad cap. Cleros, n.  
14. dist. 21.  
p. 638. col. 2. n. 1. Adde posita n. 1. c. 1. dist. 78.  
p. 639. col. 1. n. 3. Adde posita ad cap. presby-  
ter, n. 2. dist. 78.  
p. 646. col. 1. n. 1. Adde posita ad cap. 4. nu. 9.  
dist. 82.  
p. 647. col. 2. n. 18. Adde posita ad cap. Cleros,  
n. 10. dist. 21.  
p. 653. col. 2. n. 1. Adde posita ad cap. Subdia-  
conus, n. 1. dist. 77.  
p. 655. col. 1. n. 2. Adde posita ad cap. subdiaco-  
nus, n. 3. & seq. dist. 77.  
p. 668. col. 1. n. 1. Adde posita ad cap. Nullus,  
n. 1. dist. 24.  
p. 677. col. 2. Adde in sumario. 3. Ioannes  
Montholonius nostrū textū dicit singularē.  
p. 679. col. 1. in sumario, cap. 26. Adde, 3. Ne-  
mo solus satis sapit.  
p. 687. col. 1. n. 3. Adde posita ad cap. ult. n. 2.  
dist. 68.  
p. 690. col. 2. n. 2. Adde posita ad cap. 1. nu. 10.  
dist. 70.  
p. 697. col. 2. n. 9. Adde posita ad cap. 7. n. 1. &  
seq. dist. 77.  
p. 707. col. 2. lin. 21. execrabili, Adde, de præ-  
bend.  
p. 730. col. 2. n. 2. Adde textum, ibi, Qui do-  
nant meretricibus.  
p. 748. col. 1. n. 1. Adde posita ad cap. 1. n. 1. &  
seq. dist. 86.  
p. 768. n. 3. lin. 7. de relig. lib. Adde c.  
p. 769. col. 1. n. 1. lin. 9. alicuius, Adde de ele-  
ction.  
p. 772. col. 1. n. 3. lin. 9. l. in eum, Adde ff. de  
institutoria actione; & lin. 11. Adde de inf-  
titutoria, & exercitat. act. & col. 2. n. 3. lin. 5.  
legatis, Adde ff. legatis 3. & n. 4. lin. 18. in l.  
Mercis, Adde ff. de verb. signif.





# INDECRETI

## OPVS.

PRO OE M I V M.

S V M M A R I V M P R O O E M I I.



- 1 Decretum quid sit apud authores sacros? & num. 2. 3. 4.
- 5 Apud authores profanos? & num. 6. 7. 8.
- 9 Apud Iuriconsultos? & num. 10. 11. 12. 13.
- 14 Apud Pontifices? & num. 15. 16. 17.
- 18 Liber Decreti an sit approbatus?
- 19 Que in Decreto reperiuntur, an cano- nizentur? & num. 20. & 21.
- 22 Authoritates Scripturae sacre, an pos- sint allegari in causis?
- 23 An sententia Philosophorum queat citari?
- 24 An historiae humanae possint allegari?
- 25 Proverbia an possint allegari? quid de Poetis, & Oratoribus.
- 26 Authoritates Sanctorum an pro lege ha- beantur? & num. 27. 28. 29. 30.
- 31 Palea quis fuerit? & num. 32. 33.
- 35 Gratianus quis fuerit? & num. 35. 36. 37.
- 38 Primus Decretorum compilator Diony- sius exiguus.
- 39 Secundus compilator S. Martinus Bra- charensis.
- 40 Tertius compilator Isidorus.
- 41 Quartus compilator Cresconius.
- 42 Quintus compilator Burchardus.
- 43 Sextus compilator Anselmus.

- 44 Deus dedit, & Gregorius presbiter De- cretum in ordinem redegerunt.
- 45 Septimus compilator Ivo.
- 46 Sub Ivonis nomine Pannomia.
- 47 Ivoni successit Gratianus..
- 48 Gratiano referenti auctoritatem Con- cily an credatur?
- 49 Decretum curavit emendari Pontifex Gregorius 13.



### DECRETUM.

Nomen decretum tam apud authores sacros, quam profanos, & juris Con- sultos diversimode usur- patur: paucis dicam de sacris, paucis de profanis, latius postmodum dictu- rus de juris Consultis. Decretum ergo in sacris eloquijs multis modis usurpari consuevit, qui omnes ad quatuor, quinque ve capita possunt revocari. In primis significat iudicis sententiam in aliquem latam, ita habetur Deuter. 17. n. 12. Qui autem superbiert, nolens obedire sacerdotis impe- rio, qui eo tempore ministrat Dño Deo tuo, & Decreto iudicis, morietur homo ille. Eadem significatione D. Paulus usus est ad Colloss. 2. nu. 14. Delens quod adversus nos erat Chyrographum Decreti quod erat co- trarium nobis, & ipsum sult de medio, affigens illud cruci.

Pro consuetudine, sive lege usurpatur, se- 2  
A cundo

tundo Machab. 10. nu. 8. & decreverunt communi præcepto, & decreto universa genti judæorum omnibus annis agere dies istos. Pro statuto Reipub. usurpatur, Machab. 2. cap. 12. nu. 4. Secundum commune itaq; decretum civitatis, & ipsis acquiescentibus, pacisq; causa nihil suspectum habentibus, cum in altum processissent submerferunt non minus ducentos.

3 Pro mandato, sive præcepto, imperio vè usurpatum invenimus 3. Reg. 8. nu. 61. Sit quoq; cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis eius; & Act. 17. nu. 7. & tamen omnes contra decreta Cesaris faciunt Regem alium, dicentes esse Iesum. & ad Ephes. 2. nu. 15. Legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in se ipso in unum novum hominem faciens pacem, & reconciliet ambo in uno corpore Deo, per Crucem interficiens inimicitias in semetipso.

4 Viurpatur pro Regum diplomatibus, sive edictis, prægmaticis vè, ut invenire fas est apud Esdram lib. 1. cap. 6. nu. 11. A me ergo positum est decretum, ut omnis homo, qui hanc mutaverit iustionem tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius publicetur, & apud Dan. 3. nu. 10. Tu Rex posuisti decretum, ut omnis homo, qui audierit sonitum tube, prosternat se, & adoret statuam auream. & Machab. 2. cap. 6. nu. 8. Decretum autem exijt in proximas gentium civitates, suggerentibus Ptolomæis, ut pari modo, & ipsi adversus Iudæos agerent, ut sacrificarent. Et in hoc significato nomen decretum usurpatum passim alibi sacris literis invenire facile erit.

5 Quod attinet ad profanos authores, apud Plinium Iuniorem in Epistolis, idem valet decretum, quod statutum, seu sententia, dum sic ait. Decreta, quibus damnati erant, proferebantur: idest sententia illa, quibus iudices reos capite damnabant, in publicum adducebantur, & coram magna populi frequentia evulgabantur. Tullius verò 4. Academ. ita definit Sapiencia verò quid futurum est, quæ neque de se ipsa dubitare debet, neq; de suis decretis (hoc est de suis statutis) quæ Philosophi vocant dogmata, quorum nullum sine scelere prodi poterit. In hoc etiam significato usus est, idem Tullius Orat. de Provinciis consularibus. Provinciam desponsam non decretam habere videtur, quasi diceret, promissam cui-dam Provinciæ dignitatem in votis iam habet, nondum tamen illius definita, & rata possessio est.

6 Decretorium Sydus, vel tempus, nuncupatur id, ex quo de aliquarum rerum proventu futuro sumitur iudicium, sive coniectura, undè Plinius lib. 8. sic scribit. Res summa vitium agitur decretorio sydere illo, quod caniculam appellamus; undè & carbunculare dicuntur. Aliquando decretorium idem est, atq; firmatum, extansq; ad aliquid arguendum iudicandum vè, de quo extat apud Quintilianum lib. 6. instit. Orat. cap. 5. post principium, singulare exemplum dum sic asseruit, ut quidam litigationibus suis illum modo ambitiosum de-

clamandi sudorem præstitisse contenti, cum turba laudantium destituunt subsellia, pugnamq; illam decretoriam imperiis, ac sæpe pullata turba relinquunt.

A Poetis hoc nomen decretum rarius usurpatum reperio, sed ut Poetarum salibus nostra etiam condiantur, & sint inspersa commentaria, nonnulla illorum testimonia in medium proferre animus est. Decretum igitur apud Ovidium sumitur pro stabili, & immota Deorum lege, sive pro inviolabili Parcarum statuto. Ita ille lib. 5. Metamorph. prope finem.

Toto Venus auxilia calo

Verba jactat, superosq; movet, qui rumpere quamquã.

Ferrea non possunt veterum decreta sororum, &c.

Vbi non invenustè dicit ferrea decreta. Quæ admodum enim ferrum præ nimia duritie fragili haud facile potest: ita quidquid Parcarum decretis sacrum erat, prorsus inviolabile reddebatur. Hinc Horatius Epist. lib. 1. hominem sui decreti tenacissimum, murum dixit aheneum, in Epistola 1. ad Macenatem.

Hic murus aheneus esto.

Accedit locupletissimum testimonium Valerij Flaci Argonaut. 8. prope finem, ubi leges castè, sanctèq; observatas, decreta vocat.

Ipsam interea, quid restet amantem.

Ignorare sinunt, decretaq; tristia servant.

Aurelius Prudentius, cuius poemata non minorem habent concinitatem, quam Christianam pietatem, in hymno martyris Vincentij, tyrannum inducit paternarum legum observantiam martyri suadentem his verbis.

Hoc namque decretum cape.

Aut ara thure, & caspice

Præcanda iam nunc est tibi.

Aut mors luenda est sanguine.

Quasi diceret. Per omnia tormentorum genera es tentandus, nisi meis decretis, ac legibus obdieris. Neque in rem nostram est obscurius illud testimonium Claudiani lib. 3. de laud. Stilicon, ubi Senatus leges decreta appellat.

Bellaturoq; togatus

Imperat, & spectant Aquila decreta Senatus.

Et ne longius in poetarum amœnitates diffundamur, rem totam claudat, & conficiat idem Claudianus, qui lib. 1. de raptu Proserp. dum Iovem inducit alloquentem, & Proserpinam Regi Stygio immotis fatorum legibus in conjugem destinatam, ita orationem exorditur.

Candida Tartareo nuptum Proserpina Regi

Iam dudum decreta dari; sic Atropos urget,

Sic cecinit longæva Themis.

Ex quo non difficili assequeris illatione, tam divinas, quam humanas leges rectè per nomen decretum, & per verbum, decerno, explicari.

8 Si in significatione Decreti ad illius radicem (id est verbum Decerno) attendamus, à quo illud germanam, ac propriam ducit originem, significat statutum, definitum, consultum, iudicium, placitum, quæ omnia rationalem quandam mentis operationem præ se ferunt, & in hac significatione usurpatum reperio apud Tullium lib. 1. offic. ubi sic definit. Quare expectanda quidem magis est decernendi ratio, quam decertandi fortitudo; ac si diceret, non tam attendendum est, quantum corporis, & lacertorum viribus, ac nervis polleamus, sed præcipuè quantum mentis acie, & animi cognitione investigare possimus; eadem significatione ulius est. Terent. in Andr. sic. Quidquid peperisset, deceraverunt tollere, id est artificiosa quadam intellectus ratiocinatione, quidquid in lucem editum esset surripere, & occultare deliberaverunt.

9 Præfatus de verbi decreti varietate, venio tandem ad Iurisconsultos, apud quos decretum dicitur, quod causa cognita statuitur, & pronunciat. l. 1. ff. de officio assessor. Decretum enim causæ cognitionem desiderat, ut apparet lex l. Ne quicquam. §. Vbi decretum. ff. de officio Proconsulis ubi Glossa verbo Decretum: à quo §. credibile est avulsam esse. l. Omnia 73. ff. de reg. iur. Decretum separatio interpretatur. l. 1. ff. Separation. Decretum Pontificum in l. Offa. 8. in principio. ff. de Religiosis, & sumptibus funerum. Decretum Prælati in l. 2. C. de curatore furiosi. Decretum principale in l. 2. ff. de Officio assessorum. Decretum civitatis habetur in l. Titio 36. ff. ad municipalem. Decretum ordinis in l. Item 6. §. 1. ff. Quod cuiusq. universitatis.

10 Decretum etiam separatio interpretatur. l. 1. ff. Separation. Decretum aliquando pro tribunali tantum, non de plano potest interponi. l. Naturali. §. Si quaratur in fine. ff. de confirmando tutare. l. 3. §. Si causa. ff. de bonorum possess. ibi Quianeq. decretum de plano interponi, neq. alibi quàm pro tribunali dari potest. Decretum interponi dicebatur in l. 1. §. Solet. ff. quando appellandum sit. l. 3. §. Si causa. ff. de bonorum possess. l. Etiam si 30. §. Si hereditate. ff. de minorib. l. Si impubes 7. in principio. ff. de Carbonino edito.

11 Decreto prætoris in integrum restituantur adolescentes. l. tutor. 49. §. curator. ff. de minoribus. Decreto à prætore interposito hereditatem quis adit, l. Qui habebat 54. §. scripsi. ff. de manumissis testamento. l. Si precedente 58. §. 1. ff. Mandati. Decreto prætoris actor, seu adiutor constitui periculo tutoris solet. l. Decreto 25. ff. de administratione, & periculo tutorum. Bonorum possessio quædam patitur. l. 2. §. Si quis ex liberis ff. ad Senatuseconsultum. Tertullian. l. Ex duobus 14. §. ult. ff. de bonorum possess. contra tabulas, quæ possessio etiam Decretalis appellatur. l. 1. §. Decretalis. ff. de success. edict. l. 2. §. dices eum seqq. ff. Quis ordo in bonorum possessionibus servetur.

12 Decretum in plurali numero reperitur. Unde Iurisconsultus Paulus tres decretorum libros

scripserat, extat in ff. novo titulus de Decretis ab ordine faciendis, & in Cod. Iustiniani titulus de Decretis de urionum. lib. 10. Sic decreta ambitiosa legimus in l. 3. in principio. ff. de minoribus, & in l. Ambitiosa. ff. de decretis ab ordine faciendis, & l. 20. C. de decretis decurionum. lib. 10. Quæ autem dicantur ambitiosa decreta, vide Budæum in l. Si bene colata 33. ff. de usuris. Decreta appellari sententiam definitivam, docet Gloss. magna in Clement. 1. de iure iur. post med. in figuration. §. Nos itaq. p. textum in l. Decreta 48. ff. de rejud. Decreta prætorum in l. Si Prætor 75. ubi Gloss. accipit decreta pro sententia. Decreta principum in l. Ius autem 7. ff. de just. & iure. Decreta patrum pro Senatusconsultis accipitur in l. Libertus 17. in principio. ff. ad iunip. Decreta pro libro in quo continentur decreta. Gloss. magna post med. in d. Clem. 1. de iure iur. in figurat. §. Nos itaq.

13 Decreta illa, quæ sine legitimo numero decurionum coacto facta sunt, non valent. l. 2. ff. de decretis ab ordine faciendis: legitimus autem numerus non aliter habetur, quam duabus partibus adhibitis l. 3. ff. eodem tit. Sunt etiam quædam decreta decurionum, quæ in vitos super muneribus rerum tribui possunt, exceptis, qui liberalium studiorum laboribus inservient, & qui medendi cura funguntur. l. Exceptis. C. de decret. decurion. lib. 10.

14 Abijt ad nostros Pontifices eadem ferè græmaticorum interpretatio Innoc. 3. in cap. Innotuit. 20. de election. Scribens Cantuariensi Archiepiscopo, ait; Presentato vobis electionis decreto subscriptionibus eligentiū roborato, ubi Glossa docet quod tale decretum debet continere totam seriem, & formam electionis, nomina eligentiū, & eorum consensum, & subscriptiones cuiuslibet in modum, quem ibi ponit. Unde decretum dicitur illic consensus eligentiū in scriptis redactus Clement. Unica §. Nos eodem mandato de iure iur. Sic similiter electio Episcopi debet fieri solemnitate decreti roborati omnium subscriptionibus. cap. Episcopus. 61. dist.

15 Decretum pro mandato, ordine, statuto, seu lege posuerunt Pontifices, Gregorius decimus in generali Concilio Lugdunensi, refertur in cap. Qua sit. vers. Cupientes de elect. lib. 6. ibi Hoc perpetuo decreto statuimus. In quem ferè sensum, idem verbū accipitur à Bonifacio 8. in cap. Tibi 12. §. Quinimo de rescript. lib. 6. ibi. Idem est censendum si in huiusmodi gratia tibi facta, decretum à nobis fuerat irritum, & inane. ubi Gloss. notat decretum Pape afficere etiam ignorantes, quod etiā aptius statuit idem Bonif. in cap. Quodam 20. de præbend. li. 6. Clement 5. in Concilio Viennensi, & transcribitur in Clementina 1. de concessione præbende, ubi multa de decreto. Contrarium decreverat Scavola in l. Vlt. ff. de decretis ab ordine faciendis.

16 Distinxerunt autem nostri interpretes inter decretum, autoritatē, & consensum, affirmantes De-

cretum esse sententiam, qua iudex contractum futurum iustum fore decernit, auctoritatem suam interponendo, vel aliquem in possessione mittendo, vel mittendum declarando. *Autoritatem* vero esse autorizabilem consensum, qui competit iudici ex publico officio, vel legitima administratione. *Consensum* autem esse multorum voluntatem, ad quos res pertinet, simul iunctam; quam distinctionem amplectitur *Glossa communiter approbata in cap. 1. verbo Tractatus post med. de rebus Ecclesie non alienandis. lib. 6.*

17 Quandoque *Decretum* dicitur id, quod Papa constituit de consilio Cardinalium, nulla facta consultatione, & tunc in scriptis redigitur, ut voluit *Gloss. Magna in Clement. Unica. de iure iur. §. Nos itaq; post med.* (quæ multa de *Decreto* magistraliter docet) p text. in cap. *Præsenti de rescripti*, ubi firmat sic accipi illud verbum in *d. Clement. 1. Gloss. Similis, verbo Omnes, in principio dist. 3.* Invenitur etiam *Decretus, decreta, decretum*, forsitan à verbo *Decresco, decrescis*, & potest præpositio *de*, esse ibi augmentativa, seu privativa, tradit *Gloss. Magna in d. Clement. 1. de iure iur. post med. in significatione. §. Nos itaq;*. Sed inepte *Glossa* autumat nomen *Decretus, decreta, decretum*, à verbo *Decresco* proficisci; quia prædictum nomen est participium passivum verbi, *Decerno*, quod definire, & constituere significat, ac proinde, *Decretus*, idem est quod constitutus, in quo sensu à Cicerone de provincijs usurpatur, ut supra nu. 5.

18 Pullulat tamen dubium, an liber iste *Decreti* reperiat approbatus? Negant *Butrius in prooemio ad Decretales §. Sane nu. 10. & 17. Imola in cap. Ex parte nu. 33. de Feudis. Miles in Repertorio fol. 95. §. Lex licet sit. Emman. Roder. de regular. tom. 1. q. 6. art. 2. vers. Neg;.* Affirmat, *Abb. in cap. 2. de rescripti. nu. 9. vers. Sed dico, & ibi Siculus*, quos refert, & sequitur *Felin. ibidem. nu. 44.* cum volumen *Decreti* communiter etiam à multis annis fuerit publice lectum in scholis; undè ipsius dicta tacite approbata censentur, quibus adde *Ioann. Andr. in cap. Ex parte in fine de Feudis*, ubi videtur docere volumen *Decreti* esse approbatum, licet dicta *Gratiani* non approbentur. Ego hos auctores conciliandos existimo: etenim etsi volumen *Decreti* receptum sit ab Ecclesia, ut ait secunda opinio, non tamen recipitur tanquam ius continens, quoad omnia in ipso contenta; ut aiebat prima sententia, advertitque *Sanches de matrimon. tom. 3. lib. 9. disput. 12. nu. 5. vers. Nec probat.* Rubricæ vero quæ sunt in *Decreto* non habent vim legis, ut post alios tradit idem *Felin. d. nu. 44. vers. Rubrica.* immò nullam earum composuit *Gratianus*, prima excepta, secundum *D. D.* quos ibidem sequitur *Felin.* Rubricæ autem decretaliû sunt authenticæ, quâdo habent perfectam orationem. *Abb. in prooemio. §. Rex pacificus nu. 2. & ibi additio litera C. & nu. 8.*

19 Undè infertur non omnia, quæ in volumine

suo noster *Gratianus* retulit canonizata esse, notat *Gretserus pro defension. Bellarmin. lib. 2. de Romano Pontifice cap. ult. vers. Quintum dubium fol. mihi 816. Abb. in cap. 2. de rescripti. d. n. 9 in fine vers. dicta. Emman. Roder. d. tom. 1. de regular. q. 6. art. 2. vers. Sicut etiam;* *Gratianus* enim non habuit potestatem faciendi leges, tradit *Rebus. in repetit. l. Quod ius in Gloss. Magna. nu. 10. fol. 113. ff. de rejud.* Quare dicta eiusdem *Gratiani* non iuducunt necessitate, quin potius plura ex illis infirmantur, ut per *glossas*, quas congerit *Felin. in d. cap. 2. de rescripti. nu. 43. additio ad Abb. in cap. 2. de rescripti. nu. 9. litera D.* de quibus infra videbimus: perperam in multis *Gratianus* reprehenditur.

20 Quod tamen apparet limitandum in decretis Conciliorum generalium, ac Sumorum Pontificum, à *Gratiano* in hoc libro relatis, quæ necessariam habent observantiam, quippeque ab habentibus potestatem sunt condita; advertit *Abb. d. nu. 9. vers. Et præsupposito. Felin. in d. cap. 2. de rescripti. nu. 44. vers. Firmat etiam. Sanch. d. lib. 9. de matrim. disp. 12. nu. 5. vers. Præterea.* Namque unicuique canonis, qui in *Decreto* est eadem auctoritas danda est, quæ auctori eius datur. *Ripa in l. 1. nu. 69. ff. Si certum petatur. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8. dub. ult. §. ad primum dicitur, ubi Aragon. dub. 1. in solut. ad 2. in fine. Sor. de just. lib. 7. q. 2. art. 1. vers. aut ergo desunt. Valentia 22. disput. 6. q. 6. de voto, puncto 6. §. Hinc sequitur deceptum fuisse.*

21 Secus dicendum est de legibus imperialibus in *Decreto* translatis, quia non eo ipso censentur canonizata. *Gloss. verbo Tractatus vers. Sed querit. in cap. 1. de rebus Ecclesie non alienand. lib. 6. Felin. in d. cap. 2. de Rescripti. nu. 39. Abb. d. nu. 9. vers. Solutio. Emman. Roder. de regularib. tom. 1. q. 6. art. 2. vers. Quoad quartam;* etiam si tales leges sint favorabiles clericis, seu ecclesijs, nihil enim suffragatur is favor, ad supplendum defectum potestatis in concedente, text. in cap. *Ecclesia de constit. & ibidem Abb. nu. 15. Felin. nu. 40. Decius. nu. 24.* quod intellige nisi prædictæ leges essent per aliquem Canonem approbatæ, eo namque ipso suscipiunt vim legis canonicæ, iuxta reg. quod omnia nostra facimus; quibus auctoritatem impertimur, habetur in l. 2. Cod. de veteri jure enucleando: ita limitat *Gloss. d. verbo tractatus, singularis ex Perusino ibidem. col. 3. Abb. d. nu. 9. in fine, & ibi additio litera D.*

22 Insuper non est dubium, quod auctoritates sacre Scripturæ sint approbatæ, & possint allegari in causis, tanquam leges, cap. 1. de rejud. lib. 6. *Glossa verbo Eloquia. §. cognitio in Authent. ut iudices sine quoquo suffr.* Sequitur *Bald. in Authent. ad hæc. Cod. de Usuris. Zerola in praxi Episcopali. p. 1. verbo Auctoritas in principio:* undè auctoritates Scripturæ, quas noster *Gratianus* in *Decreto* congerit amplectendæ sunt, in rebus animam tangentibus, *Gregor. Lopez p. 1. tit. 1. lib. 6. Gloss. 2. tradit in specie Felin. in cap. 2. nu. 44. vers.*

vers. *Intelligerem de rescript. qui alia cumulat. Innoc. in cap. Cum venerabilis. num. 6. de exceptionibus.*

32 Nonnunquam etiam in decreto dicitur philosophos esse legendos, ad paganorum vanitatem revincendam, *cap. Si quis artem. cap. Si quid veri, 37. dist. gloss. quæ de philosophico temperamento loquitur in cap. Quod quidam, 97. verbo, veniale. l. q. i. quare resolvendum est philosophorum omnium consensionem certam fidem facere philosophici dogmatis: quod enim in alijs actibus valet, ut authores probati auctoritatem habeant, id in Philosophia multo magis valere debet, ne in rerum naturalium cognitione detur error, notat Felin. in cap. 2. num. 49. vers. Et ita de rescript. Gregor. Lopez. par. 1. tit. 1. l. 6. gloss. 2. ibi. *Diētis sapientiam legalis Philosophia, plures refert Zerola d. verbo, Auctoritas. vers. Secundo, & vers. Quarto, eleganter Canus de locis theologicis lib. 1. cap. 3. vide etiam posita ad cap. Cum multa. dist. 85. l. Si pater. §. Nam & Aristoteles. ff. solution l. Proponeretur. ff. de iudicijs. l. septimo mense. ff. de statu homin.**

De historijs item nonnunquam mentio in 24 decreto habetur, *cap. Valentianus, 3. cap. Adrianus, 12. dist. 63.* quæritur igitur quantam auctoritatem historiae suppeditent? In quo dubio resolve nullum historicum posse idoneum esse ad faciendam certam fidem. Historici tamen graves fidedigni, quales nonnulli, & in ecclesiasticis, & in sæcularibus fuere; probabile argumentum faciunt ad falsas opiniones refellendas. Si vero omnes probati, ac graves historici, in eandem rem gestam concurrant; tunc eorum auctoritate certum argumentum promittitur, ut theologica dogmata, firma etiam ratione constituentur. Exemplum sit Petrum Romæ, & collocasse sedem, quanquam hoc non, tam ex historijs gravium authorum, quam ex Apostolica traditione certum cõsetur à Theologis, & pro Christo martyrium subijisse. Colliguntur hæc ex DD. quos refert Zerola d. verbo, *Auctoritas, vers. Secundo, optimè & fusc Canus de locis theologicis lib. 1. cap. 4.*

25 Aliquando proverbialia à Gratiano citantur in *cap. Ecclesias. §. Item præcepit omnibus, 13. q. 1.* Unde iam inferas, posse proverbialia loco iurium allegari; *cap. Etsi iudeos. post princip. de iudais. l. Solent. §. In ff. officio proconsulis. l. Si chorus. §. 1. ff. legat. 3. late Pacian. de probat. lib. 1. cap. 4. num. 21. ubi num. 24. quod poetæ possunt etiam allegari. cap. Forus. §. iurgium, de verborum. §. Item pretium. inst. de empt. Bart. in l. 1. num. 22. in fine. ff. Si certum petatur, ubi Alexand. numer. 32. & 33. Plura congerit Mascard. conclusion. 287. Suar. allegat. 6. num. 11. De Oratoribus idem dicit ipse Pacian. d. num. 24. per text. in l. Cicero. ff. Penes Menchaca in præfat. num. 62.*

26 Nobilior inlargit quæstio, de auctoritatibus sanctorum, quas passim in decreto Gratianus refert. Dicta ergo sanctorum haberi pro lege in decisionibus causarum tenent *Greg. Lopez p. 1.*

*tit. 1. l. 6. gloss. 1. Emman. Roder. tom. 1. de Regular q. 6. art. 2. vers. Quoad primam. Contrarium sentit Isernia in præludijs feudor. nu. 46. & 47. expresse Sanchez. 3. tom. de matrimon. lib. 9. disp. 12. nu. 5. vers. Nam omnia, qui docet, dicta Sanctorum inserta in decreto, non habere firmam auctoritatem.*

Ego arbitror esse dicendum, quod si sancti 27 diversas opiniones inter se habeant, licitum esse unicuique; quod vult, eligere, ut notat *Ioan. And. in cap. Ne imitaris, de constitutionib.* quem omnes sequuntur teste *Felin. ibidem. nu. 5.* qui plures refert. Adde *Innoc. in d. cap. Ne imitaris. nu. 1. vers. Si verò, & ibi additio littera F.* qui ponit exemplum in Salomone damnato, de quo sunt opiniones inter DD. sacros (licet in opinione Assumptionis B. Virginis minus cautè loquatur) *Can. de locis theologicis lib. 7. cap. 3. vers. Tertia conclusio.*

Sanctorum auctoritas sive paucorum, sive 28 plurium, cum ad eas veritates affertur, quæ naturali lumine continentur, certa argumenta non suppeditat, sed tantum pollet, quantum ratio consentanea persuaserit; quoniam sancti Authores non erant aded solliciti in Philosophiæ libris perscrutandis; quin philosophorum libros, ut totos sese divinæ sapientiæ dederent, aut valere iubebant, aut interdum à limine salutabant. Ita *Canus de locis theologicis lib. 7. cap. 3.*

Consentiens eadem sanctorum omnium 29 sententia, aut scripturarum interpretatio, sive intelligentia in docendo aliquid ad rectam fidem spectare, pro catholica veritate accipienda, observandaque; est: & contraria sententia hæretica est putanda, quia vetustissimi patres scripturarum intelligentias, non ex cuiuslibet sensu, sed ex sanctorum patrum sententijs accipiendas voluerunt. Unde Origeniani obid sunt in sexta generali Synodo damnati, quod novas scripturarum expositiones, contra maiorum traditionem invexerint; probat eleganter *Penha ad Directorium. 2. p. cap. 27. vers. Sit quarta. prævit Canus de locis theologicis lib. 12. cap. 6. §. Quarta præceptio.* Adde habendum quidem esse pro catholica veritate id, quod DD. omnes asserunt in materia fidei pertinere ad fidem ipsam catholicam; sed non propter auctoritatem, quam habeant definiendi res fidei, sed iudicandi tantum, ac testificandi, quod aliunde est de fide.

30 Quales autem sint DD. quorum doctrina est approbata, docuit *Gelasius in cap. Sancta infra d. 25. alij numerantur in c. Gloriosus, de reliquijs. & venerat. sanctor. lib. 6. ubi referuntur Gregorius, Augustinus, Ambrosius, & Hieronymus.* Alios habes apud beatum *Thomam. lib. 4. contra Gentiles, c. 24.* Adde de materia, quæ scribitur *ad c. Noli, 3. n. 2. & 3. & ad cap. Ut veterum, 6. n. 3. infra. dist. 9.*

31 Porro cum in nostro decreto, quæ dicuntur *Palea*, recentiori scriptura esse exarata, noscantur, ut appareat omnino alterius, quam Gratiani opus illud esse; iam quæritur, quis sit ille

*Palea*. Multi ex greco hoc verbum interpre-  
tantur, apud quos significat rem fabulosam,  
faruam, leuem, qualia sunt quæ nimia vetusta-  
te obsoleta sunt: quo sensu apud *Aristophanem*  
vox hæc læpè accipitur: sic & *Luianus* in *Epi-*  
*grammate*, quo in libello suo est præfatus, quod  
refert *Alciat. lib. 12. Patergon. c. 13. vers. Sed quid.*

32 Alij existimant veteres vulgari loco *Paleam*  
appellasse res tenues, & modicæ utilitatis, vel  
nullius momenti; undè in chronicis relatum  
extat *Alexandriam* ad *Tarrum* flumen con-  
ditam, in gratiam *Alexandri Tertij Summi*  
*Pontificis*, *Palea* cognomen in contemptum  
à vicinis, qui Imperatorem *Federicum* pri-  
mum sequebantur, accipisse: legè *Platinam*,  
& *Illescam* in *Alexandro III.* Sic cum *Corra-*  
*du* Imperator *Coronam* Regni *Italici*, non  
*Mediolani*, secundum veterum morem susce-  
pisset, sed alibi, vulgo tunc ferebatur, *Corona*  
*Palea* fuisse redimitum; quàm opinionem se-  
quitur *Alciat. in c. 5. vers. Ego compertum habeo.*

33 Mihi semper communis placuit opinio, as-  
serens *Paleam* fuisse *Gratiani* ipsius discipu-  
lum, qui magistri sui libro, & rubricas ipsas, &  
eadem capita adiecerit, sicq; à nomine proprio  
appellatum *Paleam*, ut docet *Ioann. Andr. ad Spe-*  
*culatorem*, tit. de disputat. & allegation. reassumit  
*Ioan. de Immol. post Salicet. in Rubrica, de verbor. obli-*  
*gat. col. 2. & 3.* quos refert & sequitur *Cotta. in*  
*memorabilibus, verbo, iuris periti. h. Deinde, idem te-*  
*nent Antonius Augustinus ad Decretal. in præfatione*  
*ad Gregor. 13. pag. 3. Emman. Roder. de regular. tom. 1.*  
*q. 6. art. 2. vers. Nam Palea. Baron. tom. 12. annal. anno*  
*Christi 1151. nu. 6. in fine.* Constat autem consen-  
su omnium eorum, in quibus talis est inscriptio,  
certa fidei non esse, neq; ut authentica allega-  
ri posse, advertit *Alciat. d. cap. 3. in principio, post*  
*alios Emman. Roder. ubi proxime.*

34 Ibi *Gratiani*. Fuit *Gratianus* juris utriusq;  
Doctor, & huius Decreti  
Pontificij compiler, natione *Etruscus*, Patria  
*Clusinus*, Monachus monasterij *Sancti Procu-*  
*li*, sive (ut alijs placet) *Sanctorum Felicis, &*  
*Naboris*, *Bononiæ*, ordinis *Sancti Benedicti* cõ-  
greg. *Cluniacensis*, opus suum anno 1151. in  
monasterio *Sancti Felicis Bononiæ* compo-  
suit, seu anno 1150. ut voluit *Glosin cap. post ap-*  
*pellationem. 31. in s. Forma. 2. q. 6.* Planè de *Gratia-*  
*no* sunt videndi latissime, *Gomez. in Rubrica de*  
*rescript. n. 4. lib. 6. Felin. in cap. 2. n. 44. & seqq. de res-*  
*cript. Marten. de ordine iudicior. par. 3. à num. 34. &*  
*seqq. Emman. Roder. tom. 1. de regular. quest. 6. art. 2.*  
*45. 07. institut. moral. lib. 1. cap. 6. vers. Tertio queritur,*  
*Woz. lura. lib. 3. Epistolar. cap. 26. Bellarmin. de scrip-*  
*torib. Ecclesiast. anno Domini 1100. tit. de Gratiano,*  
*sub. 84. Baron. tom. 12. annal. anno Christi 1122. n. 1.*  
*& anno 1151. num. 6. Genebrard. in Chronologia, lib. 4.*  
*anno Christi 1159. vers. Gratianus. Alciat. lib. 4. Pa-*  
*tergon. c. 24. Cotta in memorabilibus, verbo, iuris periti.*

h. huius exemplo, qui ineptè (ait) *Decretum* fuisse com-  
positum, anno Domini 1105.

Contigit autem (ait *Arnoldus*) de *Gratiani*  
monasterio, quod dicitur de patria *Homeri*: 35  
*monachis Sanctorum Felicis, & Naboris* suū  
esse asserentibus, monachis verò *Sancti Pro-*  
*culi* contradicentibus, quibusdam etiam pla-  
cet ut monachus *Classensis* vocetur, quemad-  
modū sensisse visus est *Tritemius de viris illustr.*  
*Sancti Benedicti, lib. 2. cap. 113.* Sed hallucinatus  
putatur, quod nomine *Clasis*, seu *Clusis* mona-  
sterium, non verò civitatem acceperit, in qua  
eum esse natum testatur *liber pranotatus Pomarii*  
*Ecclesie Ravenatis*, qui extat in *Bibliotheca Va-*  
*ticana*, prout totum refert *Possevinus in apparatu*  
*sacro, tom. 1. littera G. K. fol. 559.*

Cæterum illos inter se posse conciliari, pu- 36  
rat *Arnoldus*, si dicas *Gratianum* *Clusis* natum,  
Monasticam vitam professum fuisse in Mona-  
sterio *Sancti Proculi*, indeq; transisse maioris  
commodi gratia ad *Monasterium Sanctorum*  
*Felicis, & Naboris*, ibiq; decretum composuisse,  
quod etiam coniecisse videtur *Carolus Siga-*  
*nus, lib. 1. de Episcopis Bononiensibus.* Non ausus di-  
cere *Gratianum* monachum fuisse *Sancti Fe-*  
*licis*, sed *Decretum* in eiusdem *Sancti Feli-*  
*cis* monasterio composuisse, tradit *Possevinus*  
suprà citato loco.

Ferunt *Gratianum*, *Petrum Lombardum* ma- 37  
gistrum sententiarum, & *Petrum Comestorem*  
germanos fratres fuisse, sed fundamento ca-  
ret hæc opinio: cum nec in patria convenient,  
*Gratianus* namq; *Etruscus* fuit ex *Clusio* ci-  
vitate, *Magister Petrus Lombardus* ex *Noyaria*;  
*Petrus Comestor* *Gallus* ex *Trecis*: observat  
*Bellarmin. de scriptoribus Ecclesiasticis, anno Domini*  
*1100. tit. de Petro Lombardo, Baron. tom. 12. annal.*  
*anno Christi 1164. nu. 52. in fine, reprobat & San-*  
*ctus Antoninus* fabulam istam vulgo sparsam.  
*p. 3. tit. 15. c. 6. in summa.*

Licet autem *Gratianus* nosse collegere 38  
priori studio librum *Decretorum*, & per di-  
stinctiones, ac quæstiones rite disposuerit, pri-  
mus tamen, qui sacrorum Canonum ex Con-  
cilijs *Ecclesie Catholice* volumen compila-  
vit, fuit *Dionysius* natione *Scytha*, cognome-  
to *Exiguus*, sed doctrina, & sanctitate maxi-  
mus: vixit tempore *Theodoricæ* Regis *Italiæ*,  
& successorum eius, anno 527. ut tradit *Bellar-*  
*minus de scriptoribus Ecclesiasticis, anno Domini 500.*  
*tit. de Dionysio Exiguo, fol. 130. Genebrard. in Chrono-*  
*logia, lib. 3. anno Christi 533. vers. Dionysius.*

Secundus compiler fuit *Sanctus Marti-* 39  
*nus* *Ecclesie Bracharensis*, *Episcopus*: vixit cir-  
ca annū *Domini 572. nā* præfuit secundo *Coci-*  
*lio Bracharensi*, quod habitū est *Bracharodest*  
anno *Domini 572.* scripsit collectionem cano-  
num ex *Grecis* *Synodis*, qui extant in tomis  
*Conciliorū* post secundam *Synodum Bracha-*  
*rensem,*

rensem, refert Bellarmin. de scriptoribus Ecclesiast. d. anno 500. fol. 133.

40 Tertius compilator fuit Isidorus, non ille Hispalensis Episcopus, sed alter cognomento, peccator, (errant qui hanc laudem Sancto Isidoro Hispalensi tribuunt) ut bene docet Posevinus in apparatu sacro, tom. I. lit. B. K. fol. 254. licet Bellarminus de scriptoribus Ecclesiast. sub tit. de Gratiano, non distinguat inter utrumque Isidorum, atque Genebrardus in Chronologia, lib. 3. anno Christi 618. vers. Isidorus, affirmet esse Isidorum Hispalensem, sed est Isidorus peccator, seu Mercator prout dicit Baronius, tom. 2. annal. anno Christi 1102. n. II. vers. Quod ergo latius, tom. 10. anno Christi 865. n. 5. vers. Quod ad primum pertinet.

41 Quartus Decreti compilator fuit Cresconius, cuius meminit Bellarmin. de scriptoribus Ecclesiast. anno Domini 500. sub tit. de Dionys. exiguo, fol. 130. & anno Domini 1100. sub tit. de Grat. in princ. fol. 184. qui fecit uberiorem collectionem Epistolaru Romanorum Pontificum, & canonum diversorum conciliorum, ut docet Baron. tom. 10. annal. anno Christi 865. n. 5. vers. Quod ad primum.

42 Quintus compilator fuit Sanctus Burchardus Episcopus Vormaciensis, vixit anno 1026. obiit sancte & religiose, ut semper vixerat, natione erat Hesus in cenobio Laubiensi ordinis Sancti Benedicti, vitam monasticam edoctus, Alberto postea Abbate Gemblasensi magistro usus est, cuius doctrina imbutus, magnos in sacra Ecclesia fructus edidit: inter quos is precipuus fuit, quod quintus sacrorum decretorum collector annumeratur: scripsit viginti libros, qui excussi sunt Parisijs, anno 1499. & Colonia 1548. de quo sunt videndi Bellarminus de scriptoribus Ecclesiast. anno Domini 900. tit. de sancto Burchardo, fol. 159. Posevinus in apparatu sacro, fol. 254. qui Burchardem non quintum, sed sextum dicit compilatorem: Genebrard. in Chronologia, lib. 4. anno Christi 1008.

43 Sextus compilator fuit Anselmus Episcopus Lucensis ab Alexandro secundo creatus, deinde cum in monasterium se abdideret, a Gregorio VII. ad Episcopatum revocatus, sanctitate clarus obiit, anno Domini 1086. scripsit inter alia, libros duos, ex patrum sententijs, Genebrard. in Chronologia, lib. 3. anno Christi 618. vers. Caus. studiū, Baron. tom. 11. anno Christi 1086. optime Bellarmin. de scriptoribus Ecclesiasticis, anno Domini 1000. ad 1100. tit. de Sancto Anselmo Lucensi, fol. 164.

44 Fere hoc eodem tempore Deus dedit Cardinalis canonum volumen, iubente Pontifice Victore III. in ordinem redegit, ut post Platynam tradit Genebr. in Chronologia, lib. 4. anno Christi 1085. vers. Deus dedit, Baron. tom. 11. annal. varijs in locis. Claruit etiam Gregori. Presbyter, qui volumen hunc Polycarpum inscripsit, cuius meminit Antonius Augustinus in collectione ad decre-

tales, in praefatione ad Gregorium XIII. pag. 2. in fine. unde perperam Turcremata in prooemio decreti, n. 25. transverso ordine alios compilatores enumerat. Vtrum Gratianus possit dici author huius libri? Est videndus idem Turcremata in d. prooemio, n. 22. & seqq. affirmativè resolvens.

Septimus decreti compilator fuit Ivo Carnotensis Episcopus, vixit tempore Urbani Secundi, ad quem extant epistolae, sed supervixit usque ad annum 1114. cuius decretum decem, & septem tomis, sive partibus constat, ut Thefaurus totius Ecclesie disciplinae dici possit, Lovanii editum, anno 1591. Posevinus in apparatu sacro, tom. I. lit. D. fol. 387. Plura de eodem Ivone vide per Baron. tom. 12. annalium. anno Christi 1100. nu. 14. & seqq. & anno 1104. num. 2. & seqq. & anno 1106. num. 43. & seqq. & anno 1107. nu. 3. & seqq. Genebrard. in Chronologia, anno Christi 1100. vers. Ivo. hidi & c.

46 Sub Ivonis nomine fertur etiam Pannomia, seu potius Pannomia, sed ea Pannomia non dicitur Ivonis, quia sit ab Ivone composita, sed quia sit ex Decreto Ivonis maxima ex parte desumpta: est enim Pannomia quasi compendium Decreti Ivonis, & ideo mirum videri non debet, quod lib. 8. multa sint decreta ex Innocentio II. Papa, & ex historia Sigiberti, qui fuerunt Ivone posteriores: ita Bellarmin. de scriptoribus Ecclesiasticis, anno Domini 1100. tit. de Ivone, fol. 169. quidquid contrarium insinuet Genebr. in Chronolog. lib. 4. anno Christi 1100. vers. Ivo. Typis mandata Lovanii, ex Officina Antonij Maria Bergagne, anno 1577.

47 Beato Ivoni successit accuratior labor nostri Gratiani: opus valde laboriosum, in quo Canones plurimos collegit ex scripturis, ex responsis Pontificum, ex concilijs, & ex Patribus, & quamvis viri docti supra citati, in hoc genere scriptiois laboraverint; ipse tamen solus obtinuit, ut publice in gymnasijs legeretur, & multorum dectissimorum virorum commentarijs illustraretur, quorum primus fuit Archidiaconus, secundus Bellamera, tertius Dominicus Geminianus, quartus Turcremata Cardinalis Sancti Sixti, Quintus Antonius Praepositus Mediolanensis, & Cardinalis Alexandrinus, Sextus Ludovicus Bologhinus prout illos recenset Azor, tom. I. Instit. moral. lib. 5. c. 28.

48 Sed dubitatur an credendum sit Gratiano referenti auctoritatem Concilij, Papae, seu Sancti, ut videlicet tenor illius auctoritatis sola Gratiani relatione probetur? Affirmativè respondendum existimo, nisi ostendatur exemplar in contrarium. Ita Felin. in cap. 2. de rescript. num. 47. & ibi Decius, num. 15. Praepositus in prooemio Decreti, n. 4. Ratio esse potest, quia passim nostri Pontifices hanc fidem tribuunt Gratiano. patet in c. cum apostolica de his quae sunt a Praelatis in c. per tuas, de sententia excommunicat. in Clement. I.

vol. 4. vers. Nos eodem mandato, ibi. Secundum formam in decretis de iur. iur. Et in alijs iuribus, quibus decreta, & dicta sanctorum ex relatione Gratiani admittuntur. Non sic dicas de decretis, quæ sub nomine Paleæ referuntur; qui minoris est authoritatis, ut videbis supra num. 31. & seqq.

49 **Ibi emendatum.** Univerſum corpus Decreti noſtra ætate emendari, & annotationibus inſigniri curavit Pontifex Gregor. 13. qui & ſanxit ne qua editio alia in ſcholis legeretur, ac privatim haberetur, ita verò emendatum prodijt Romæ anno 1580. Venetijs 1584. Lugduni eodem anno, & anno 1591. Francofurti anno 1576. & 1590. cum item prodiiſſet Pariſijs anno 1585. quin & emendare illud antea attentaverat Antonjus Contius, quod impreſſum fuit Antuerpiæ apud Plantinũ 1570. & ibidem 1573. ſed iam Romana emendatio cæteris eſt antepoſenda.

## DISTINCTIO. I.

### SVMMARIUM.

- 1 In iure an detur aliqua antinomia? & num. 2. & 3.
- 4 Ius naturale an ſit quod in Evangelio continetur?
- 5 Sententia aliquorum.
- 6 Sententia Authoris.
- 7 Facere alijs quod volumus, nobis fieri; quomodo intelligatur?
- 8 Quid ſit lex, & Propheta de quibus textus agit?
- 9 Actus in voluntatem relictus non debet ad actum prohibitum extendi.
- 10 Verbum, Rogo, aliquando importat præceptum.
- 11 Permiſſione unius contrarij an aliud cenſeatur prohibitum.

## IN principio decreti ibi. Concordia diſcordantium Canonũ.

Ex hac inſcriptione probant multi nullam in iure antinomiam reperiri, neq; ſuperfluum, neq; contrarium eſſe, prout affirmant Zaxius, & Bellonus uterq; lib. 1. diſſolutionum antinom. in principio, nupius Molinæus, de verborum obligation. nu. 81. Con. n. lib. 4. Comment. cap. 5. num. 3. contrarium docent Budæus ad Pandectas ſub l. ſm. ff. adilit. edict.

Hotoman. in §. Si quis à non domino. Inſt. de rerum diſſione, & in §. Servus autem Inſt. qui teſtamenta facere poſſunt. Pinel. in l. 2. p. 2. cap. 4. nu. 53. de reſcind. Covar. lib. 1. variar. cap. 3. num. 7. Vallia lib. 7. elegant. cap. 59.

Sed prima opinio verior apparet, ut probatur in præſenti, & ex prooemio decretalium, verſ. Sane, ubi Gloſſ. verbo, Contrarietate. Bonifacius in prooemio ſexti, verſ. Et tandem, ubi Gloſſ. verbo, Contraria, & colligitur ex l. 1. verſ. Iubeamus, & verſ. Nulla itaq; l. 2. verſ. Quod caeſti, verſ. Contrarium. C. de veteri iure evuleando. & ex l. 1. §. Quibus ſpecial. de novo Codice faciend.

Et de decem modis ad diſſolvendas diſſicultates, quæ inter aliquas leges, & Canones poterunt obvenire, vide latiffimè Morlam in Emporio iuris. tit. de legib. q. 12. à num. 10. uſq; ad num. 34.

## In principio diſtinctionis 1. ibi. Ius naturale eſt, quod in lege, & Evangelio continetur.

Cum ius naturale idem omnino ſit apud omnes homines, pariterq; illos aſtringat, ut eſt text. in cap. Ius naturale, ibi, Omnia nationum, infra eodem probat. D. Thom. 1. 2. q. 49. art. 4. Sor. lib. 1. de iuſt. q. 4. art. 4. & omnes ubiq; iam videtur Magiſtrum Gratianum falſum aſſerere, dum dicit ius in lege veteri, & in Evangelio contentum omnes homines aſtringere; de lege veteri patet, quia ſoli populo Iſraelitico data fuit, cap. Moyses. d. 7. iuvat illud, Pſalm. 147. num. 20. Non fecit taliter omni nationi; ac proinde lex illa cæteros populos non aſtringebat. D. Thom. 1. 2. q. 89. art. 5. de Evangelio idem apparet iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. c. 5. de his, qui foris ſunt nihil ad nos habetur in cap. Gaudemus, de divort.

Sunt qui arbitrentur Gratian. in præſenti non deſcribere ius naturale, ſed ius divinum poſitivum, ita Gloſſ. hic, verbo, naturali, ſed merito reſpelluntur per Turrecremat. in præſenti. num. 8. Alij contendunt omne ius divinum, eſſe naturale, quorum ſententia omnino falſa eſt, ut per Navarr. in principio, de poenit. diſt. 5. nu. 7. Tertio alij intelligunt prædicta verba Gratiani legenda eſſe per parenteſim; quaſi velit Gratianus ius naturale eſſe quo quis iubetur alijs facere, quod ſibi vult fieri, & hoc ius (inquit) in lege, & Evangelio continetur, ita Navarr. ubi ſupra n. 9. in fine, & ante illum Sor. de Iuſt. lib. 1. q. 4. art. 4. ad primum, qua interpretatio ſatis defendi poterat, niſi Gratianus ſuam mentem aliter explicaret, in princ. 5. diſt. verſ. Sed cum ius naturale.

Quare exploſis his, & alijs interpretationibus, dicendum videtur, Gratianum in præſenti non deſcribere ius naturale, quaſi ſit omne illud ius, quod ſub lege Evangelij continetur.

tur, sed solum dicere omne ius naturale inibi contineri; quod quidem verum est, quia per illas leges divinas sufficienter ius naturale nobis fuit explicatum, ita in effectu D. Thom. 1. 2. q. 94. art. 4. D. Anton. p. 1. tit. 13. cap. 1. num. 2. presentit Navarr. de penitentia in principio. dist. 5. n. 9. in principio. Atque sic fatemur legem Evangelicam, in quantum continet ius naturale, omnes homines astringere, probat d. cap. Gaudemus ibi Cum tale repudium veritas in Evangelio reproba-verit.

7 Ibi quod sibi nolit fieri. Non absolute prohibemur de Præcepto sub pœna peccati facere alijs, quod nolumus nobis fieri, sed tantum prohibemur de præcepto facere alijs id, quod de præcepto tenemur illis non facere. V.g. De præcepto teneor nolle capere rem alienam in ordinatè, sicut nolo, quod alius capiat rem meam. Alioquin peccarent iudices punientes delinquentes, à quibus nollent sibi eadem fieri: profequitur elegantè Navarr. cons. 8. de empt. & vendit. nu. 8. in 2. edition.

8 Ibi, lex, & Prophetæ. Quæritur quæ lex, & qui prophetæ sint, de quibus text. loquitur? Tu dic legem hic vocari legem Moyfi: ista enim solet in scripturis semper lex vocari, quia erat lex Dei, & ipsa durante nulla alia lex Dei erat scripta. De Prophetis dicendum, quod sunt Prophetæ veteris testamenti, qui largius hic accipiuntur pro omnibus libris sacræ Scripturæ, & iste videtur proprius sensus text. scilicet: Hæc est enim lex, & Prophetæ, idest, Hoc præceptum includit quidquid est in lege Moyfi, & in omnibus libris sacræ Scripturæ; nam alio modo non daret Christus sufficientem regulam in qua includerentur omnia præcepta, quia manerent multa alia in libris sacræ Scripturæ ultra libros legis, & Prophetarum; tradit optimè Abulens. in cap. 7. super Matth. q. 24.

9 In Glossa verbo Vult. Notat Molin. lib. 2. de primogenijs. cap. 5. nu. 16. & seqq. quod quamvis actus in liberam voluntatem alterius sit relictus, voluntas hæc non debet ad actum prohibitum, seu dolum extendi; quia verbum, volo, ad actum licitum, & permissum, non autem ad actum regulatum ex voluntate corrupta, referendum est. Multa refert Peralta in l. 1. nu. 73. ff. delegat. 2.

10 In eadem Glossa ibi Rogandi. Et ita verbum, Rogo, quod de sui natura importat consilium, aliquando impropriatur, & de præcepto sumitur, ut est Gloss. in cap. 1. verbo Hortamur de testam. Sed meo iudicio non videtur, quod in his terminis verba debeant impropriari, quia non est inconveniens, ut quis rogetur ad illud, quod facere tenetur, ut est text. in cap. 1. dist. 84.

plura tradit Decius in cap. Nam concupiscentiam. nu. 2. de constit. nisi aliud ex materia subjecta colligatur, ut tradit Navarr. in cap. Fratres in principio de penitentia. dist. 5.

In Glossa verbo Prohibetur, ibi per consequens prohibetur. Quo modo autem intelligatur, quod ad permissionem unius contrarij, aliud censeatur prohibitum, declaratum Cagnolo in l. Secundum naturam. nu. 14. aa. ff. de regul. jur.

C A P. Omnes leges I.

S V M M A R I V M.

- 1 Isidorus quis fuerit?
- 2 Textus etiam intelligitur de legibus non scriptis.
- 3 Multa de lege divina, veteri, & nova.
- 4 Legis divina veteris author ipse Deus.
- 5 Lex divina nova quid sit, & de eius materia, & præceptis?
- 6 Leges humanae multiplices.
- 7 Consuetudo eiusdem est pœna, cuius est lex.
- 8 Leges humanae diversa sunt, secundum diversitatem patriæ.
- 9 Fas an sit idem, quod iustitia?
- 10 Plurale aliquando accipitur pro singulari, & è contra.

I N superscriptione ibi Isidorus. 1

Fuit Sanctus Isidorus Episcopus Hispalensis, sedere cœpit in Episcopali Sede anno 596. & anno 636. migravit in cœlum, scripsit multa, quorum Catalogum texit Sanctus Hildephonus de viris illustribus; prodierunt opera editione Parisiensi, anno 1601. in qua alij libri adduntur. Vide latè Posevinum in apparatu sacro. tom. 2. litera I-S. Bellarmin. de scriptoribus ecclesiasticis. anno Dñi. 600. ad 700. tit. de Isidoro Hispalensi fol. 136.

Ibi Omnes. 2

Divisio hæc est optima, iuxta notata in §. Omnes. inst. de actionibus, & sub se comprehendit omnes leges, etiã non scriptas, quidquid Michael Pampilon. (habetur hic Author tom. 16. tractat. de regimine mundi 1. p. q. 2. nu. 9.) intelligat nostrum textum in legibus dumtaxat scriptis; sed ipse textus ipsum redarguit Authorem in verbo, Moribus censeat, & in ratione, quæ tam convincit de lege scripta, quàm de non scripta. Adde circa text. Moriam in Emporio iuris, tit. de legibus, in principio. num. 26.

*Salas de legibus disputat. 1. sectione. 9. num. 64.*

3 **Ibi, divinæ.** Quid sit lex divina, & quotuplex, vide *Valent. 2. tom. disput. 6. q. 6. puncto 1. & 2.* & quando ceperit lex divina nova obligare, & in qua materia verberetur, & an possit mutari, & an possit aliquis liberari ab eius obligatione? Vide per eundem *q. 8. puncto 1. 2. 3. & 5.* & de lege divina nova *disput. 24. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 13. & seqq.* Adde late de divino iure. *Tiber. Decian. tract. cum. lib. 2. cap. 11.*

4 Legis divinæ veteris, scriptæ, & traditæ in quinque libris Moyli, fuit principalis, & proximus Author ipse Deus, ut tradunt *D. Thom. 1. 2. q. 98. art. 2. Suarius de legib. lib. 9. cap. 2. nu. 3.* Quæ lex data est per Moysem, tanquam p proximum promulgatorem, respectu totius populi Israel, ut per eundem *Suarium num. 10. de quo etiam nonnulla dicimus ad cap. Moyses 1. dist. 7.* non habebat tamen ex se virtutem iustificandi, docet *D. Thom. q. 100 art. 12. Suarius cap. 7. nu. 2.* Sed quomodo cessare potuit, cum esset divina? voluntas enim Dei est immutabilis. Respondet *Suarium cap. 9. nu. 10.* Legem veterem non esse legem ad intra in Deo ipso existentem, sed esse legem ad extra in lapidibus, aut membranis scriptam. Unde non est voluntas Dei, sed signum quoddam externum voluntatis Dei, & effectus eius, & ideo licet voluntas Dei sit immutabilis, lex dici potest esse mutabilis, quia p temporum successionem, effectus divinæ voluntatis mutari possunt, non mutata divina voluntate, quare fuit hæc lex abrogata post Christi adventum, vimq; obligandi amisit, ut proficitur idem *Suarium cap. 10. a nu. 2.* Non tamen intelligas statim abrogatam, nam multas leges Christus implevit, neq; venit solvere leges, sed adimplere *Matth. 5. nu. 17.* itaq; vim obligandi amisit, postquam Christus in cruce dixit *Consummatum est. Ioann. cap. 19. nu. 30.*

5 Lex nova divina est, & vera, ac propriissima lex præceptiva, ut definitur in *Concil. Trid. sess. 6. Canon. 19.* quia tenendum est Christum Dominum non solum fuisse Redemptorem, sed etiam fuisse verum, & proprium Legislatorem. Hanc assertionem de fide definitam in *Conc. Trid. sess. 6. Canon. 21.* & ex multis sacræ Scripturæ locis comprobatur *Suarium lib. 10. de legibus cap. 1. nu. 3.* Quæ autem sit materia legis novæ, & quæ præcepta eius? Vide per eundem *cap. 1.* Caput lex ista obligare populum Iudaicum, in die Pentecostes, ut ex communi Theologorum opinione tradit *Suar. cap. 4. nu. 12.* Gentiles vero non cepit obligare usque ad revelationem Petro factam *Actor. 10.* tenet idem *Suar. nu. 22.* licet ante hanc revelationem aliquibus ex gentibus fuerit prædicata, & fortasse nostris Bracharensis, per S. Iacobum Zebædei filium, & per S. Petrum eius discipulum, primum Bracharensis

urbis Episcopum, & Hispaniarum Primatem, de quo nos in historia nostra Bracharensi, interim videndus *Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 9. nu. 14. & seqq. Molina de just. tract. 5. disp. 72. post numerum 2. & alijs in locis.* Hæc autem lex nova divina perpetua est duratura, usq; ad finem mundi, ac proinde nunquam debet abrogari, donec cesset Ecclesia militans, & numerus prædestinatorum in gloria compleatur. Ita docet *D. Th. 1. 2. q. 106. art. 4.* & cum eo cæteri Theologi. Post illos *Suar. d. lib. 10. cap. 7. nu. 2.* Vnde in consecratione sanguinis, pro ut Ecclesia iubet verba proferri, Testamentum novum dicitur æternum, ut etiam à *D. Paulo ad Hebræ. cap. 3. nu. 20.* cui felicitè aliud non succedat, sicut veteri eorum successit.

**Ibi humana.** Multiplices sunt leges humana, aliæ Canonice appellantur; aliæ civiles sunt; aliæ insuper favorabiles dicuntur, privilegium cõcedentes; aliæ leges pœnales nominantur; aliæ tandem sunt leges non scriptæ, quæ consuetudo appellantur, de quibus agunt *D. Thom. 1. 2. q. 95. & seqq. late Azor. 1. tom. instit. moralium lib. 5. late Salas in tractatu de legib. lauslime Suar. tract. eadẽ.* Nos tamen commodius de illis agemus infra *hac distinctione, & distinct. subsequentibus.*

**Ibi, moribus constat.** Citat *Narr. de spons. clericozum. h. 14. nu. 7.* adhuc quod consuetudo, eiusdem est pœnæ cuius est lex; quia eadem potestate nituntur lex humana, & consuetudo; solum enim differunt in eo, quod lex nititur expresso consensu potentis illam facere; consuetudo vero tacito eiusdem consensu, de quo vide posita ad *cap. Mos, & ad cap. Consuetudo, infra hac eadem dist.*

**Ibi, discrepant.** Ideo discrepant, quoniam aliæ leges alijs gentibus placent: Unde secundum diversitatem morum, leges humanæ diversæ sunt, item & secundum diversitatem patriæ. Nec est intelligendum verbum, *discrepant*, pro ut Glossa in præfati corruptit, quod referatur ad leges divinas, & humanas, errat enim Glossa; quia Isidorus loquitur de discrepantia legum humanarum inter se, quod satis probat *text. in vers. alia alijs placent*; namq; leges divinæ naturales apud omnes gentes sunt eadem, nec leges humanæ possunt ab illis discrepare, ut hinc Glossa putat: tradit *Marta de jurisdictione. p. 1. cap. 38. n. 24.*

**Ibi, Fas.** *Budaus in annotat. ad Pandect. l. 1. ff. de just. sol. 5.* idem exillimat fas esse, quod ius, & iustitia simul: Themis enim apud Græcos (id est ius, fasq;) Dea credita est quæ suaderet hominibus id petere, quod fas esset. Nam apud veteres binæ colebantur Dæ, quæ ad fas, & æquum inclinabant. Altera vocabatur Themis, quæ ad rite petendū suadebat, ut

ut videre est ex Ovid. 1. Metamorph. & Claud. 1. de raptu. Altera dicebatur Nemesis, quæ ad iusté, ac debité sperandum incitabat, quod pulchrè innuit Alciat. emblem. 46.

Spes simul, & Nemesis nostris altaribus adsunt.

Scilicet ut speres nil nisi, quod liceat.

Grammatici in illud Virgilij Georg. 1.

Fas, & iura sinunt.

Putant fas ad religionem pertinere, ius ad homines. Ego credo ex mente Gratiani, & Isidori, sub nomine fas contineri id quod naturali iure continetur, ut ex verbis huius textus satis colligitur.

10 In Glossa ibi plurale pro singulari.

Conclusio Glossæ est communis, & vera, plura adducunt hic D.D. in eius ornatum, sed longe plura congeffit Tiraq. in l. Si unquam verbo suscepit nu. 240. usque ad nu. 247. ex quorū dictis colliges doctrinam Glossæ procedere attenta magis ratione legis, quam verborum significatione, quod satis probat text. in l. 2. §. Homines vers. Adhuc dicemus, & vers. Non puto verba edicti desicere ff. vi bonorum. Qui modus intelligendi verior est, quam modus Everardi loco 54. vers. Ista tamen resolutio, qui intelligit procedere hoc, ubi bonum, & æquum illud exigit, hunc nostrū intelligens textū in c. Ut privilegia. vers. Illud de privileg. ubi pluralis locutio in una tantum Ecclesia verificatur, & doctrina Glossæ etiam procedit in arbitris, aut in testibus, qui plures ad unum actum concurrunt, ut per Tiraq. d. loco nu. 247. qui licet sint plures omnes unius significati vim obtinent, & pro uno singulari reputantur; de quo per Everard. d. loco 54. & idem erit dicendum de singulari, quod in plurali verificatur, ut per eundem Tiraq. n. 246. quod tamen intellige procedere, nisi aliquid extrinsecus obstet, ut obstat in Glossa Si pro alio, quæ non verificatur à Papa pro multis scribete.

CAP. Ius generale II.

SUMMARY.

- 1 Ius varias habet significationes.
- 2 Ius an sit verum dicere, & iniustum, an mentiri.
- 3 Ius, iustitia, & iuris prudentia, quomodo differant.
- 4 Non est dabilis lex, cuius ratio sit sola voluntas.

1 Ius varias habet significationes, ut videre est in l. 1. & ult. ff. de iust. & iure apud Molinam tractatu 1. de iust. disput. 2. quæ omnes ad duas

præcipuas revocantur. Prima est, ut ius à iusto dicatur, quam derivationem habet Isidorus in præsentia, & Vlpian. in d. l. 1. undè Cicero 2. de legibus, ait, In ipso nomine legis esse vim, atq; sententiam iusti, & juris colendi. Alia ethymologia à latinis recepta est; ut ius quasi iustus, vel iustum à iubendo dicatur, quare antiqui iura appellabant iussa, ut inquit Pompon. Festus, quem refert Salas de legib. disput. 1. sect. 2. nu. 7. Conan. lib. 1. iuris Civilis cap. 2. nu. 4. quos latè consule; Adde posita ad cap. ius autem infra hac eadem dist.

An autem sit ius verum dicere, & iniustum an mentiri. Vide eundem Conan. comment. iur. Civil. d. lib. 1. cap. 3. in principio. Adde iuris definitionem, quam affert Plato ex sententia Thrasy-machi, qui assererat ius esse illud, quod utile est ei, qui plus potest: præscribunt enim (aiebat) legibus suis principes, quod sibi commodum putant: atq; id quia lege sancitum est, ius habetur: Sed hæc sententia est aperte iniqua, & illam nullus Doctor, vel Philosophus amplectitur; refert utrumq; Conan. ubi supra nu. 3. & vide eundem cap. 2. ubi num. 10. Quid sit ius naturale, de quo noster textus loquitur: An ius re vera sit, vel opinione tantum constet? Vide per eundem cap. 1. per totum præcipue nu. 3. qui curiosè agit.

Ius, iustitia, & iuris prudentia differunt, nam iustitia virtus ipsa est; ius executio virtutis; iuris prudentia, iuris huius scientia est. Iustitia virtus distributoria est, ius distribuit; iuris prudentia docet quemadmodum distributionem fieri oporteat, ut post Acurtium, & alios, tradit Richard. instit. de iust. & iure §. Iuris prudentia nu. 3.

In Glossa 1. ad fin. ibi Pro ratione sufficit.

Ergo secundum Glossam dabilis est lex cuius ratio sit sola voluntas legislatoris. Insinuat Felin. in cap. Si quando nu. 11. de rescript. refert plures, qui tamen id non dicunt Tiraq. in præfat. retract. nu. 75. expressit Paulus in l. Non omnium in principio ff. de legibus. Contraria opinio est omnino amplectenda, iuxta cap. Erit autem 4. dist. D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 1. ad 3. Castro de lege pen. cap. 1. pag. 4. & comprobatur ex illis, quæ tradit Azor lib. instit. moralium lib. 5. cap. 5. nec pro prima opinione urget l. 1. ff. de const. princip. dum habet (quodlibet placitum Principis habere vigorem legis) Respondetur namq; placitum non importare voluntatem nudam, sed potius deliberatam, & ratione regulatam; patet, quia placitum idem est, quod consensus l. 1. in principio ff. de pact. D. Thom. 1. 2. q. 14. art. 3. ad 3. consensus autem, licet actus sit voluntatis, est tamen sententia finalis de agendis, qua scilicet præmissio rationis iudicio, ab ipso voluntates eliciuntur, ut per D. Thom. ubi proxime art. 4.

## CAP. Lex est. III.

## SYMMARIUM.

1. *Definitio legis.*
2. *Legislatores antiqui.*
3. *Quis habeat potestatem ferendi legem, & eius conditiones.*
4. *Scriptura an requiratur de substantia legis.*

**I**N textu ibi lex. Quæ definitur à D. Thom. 1.2 q. 90. art.

1. ut quædam regula, & mensura secundum quam inducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur, vel ut placet Papiniano lib. 1. definit. *Lex est commune præceptum: virorum prudentium consilium: & delictorum coercitio.* Unde Solon Græcorum sapientissimus dixit, leges esse morum reformatrices. Quapropter Horat. lib. 3. *Carm. Od. 24.* (inquit)

*Quid leges sine moribus vana proficiunt?*

Lex vero à ligando dicitur, ut tradit Valent. tom. 2. lib. 7. punct. 1. & seqq. & post Sor. & alios tradit Salas de legib. disput. 1. sect. 1. Suar. lib. 1. de legib. cap. 1. nu. 9. In uerbo de legis ethymologia agunt Rebus. tom. 1. constitut. reg. in proæmio Glossa 1. ex nu. 1. Alphonsus Castr. de lege pænali lib. 1. cap. 1. & 2. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 1. ex nu. 6. Franciscus Conari lib. 1. cap. 8. Modicius in §. *Lex instit. de iure naturali dubitat.* 1. alios congerit Cenedos in Collectan. 1. ad decretum nu. 1. Tiber. Decim. tract. et. criminal. cap. 5. lib. 2. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 1. & 2. Pichard. §. *Lex est.* nu. 1. instit. de iure naturali.

2. Lycurgus Lacedæmoniis legem dedit; Zoroastes Persis; Mercurius Trismegistus Ægyptiis; Minos Cretensibus; Zomolenus Scythis; Socrates, Pythagoras, & Plato Magnesijs, & Siculis; Carundas Italis; Rex Foroneus Græcis; unde ab eodẽ Foroneo locus iudicij dictus est *Forus*; Numa Pompilius Romanis leges dedit; Palamedes primus fuit lator legum bellicarum; Philolaus Thebanis; Apollo Arcadis, secundum Tullium de natura Deorum; Deucalion Delphis secundum Ovidium, Magni legis pariter dederunt Persi; Druidi Gallis; Zeleucus Locrensibus; Hippodamus Milesijs; Hymnolophistæ Indis; Belus Caldæis; Eacus Egineis; Phido Corinthis; Phalias Cartaginensibus, ut tradit Medicus in d. §. *Lex dubitat.* 1. nu. 9. latè Volaterran. lib. 29. post princip. Adde posita ad cap. 1. nu. 2. infra dist. 7.

3. Quis autem habeat potestatem ferendi legem, vide posita in cap. 1. dist. 2. Quæ autem sint necessariae conditiones ad rationem legis,

vide posita ad cap. *Erit autem, infra dist. 4.*

**I**N textu ibi scripta. An pro legis substantia scriptura requiratur, vide Ripam in Rubr. de Constit. ni. 39. ubi Felin. nu. 3. & 4. Rota 1. de constit. in nov. nu. 2. Selva de benefico. 3. p. q. 22. ex nu. 2. Menoch. de arbitrar. casu 420. ex nu. 25. Morlam in Emporio juris sub tit. de legib. q. 4. D. Thom. 1.2. q. 57. art. 1. ad 2. ubi meminit huius textus, & Paleotus de nob. & spurijs cap. 1. nu. 10. alios refert Cenedos d. Collectan. 1. nu. 4. Ego autem existimo, quod licet optimus modus ferendi legem sit in scripto, non est tamen hoc de substantia, & valore legis, ut efficaciter probant Salas de legib. disput. 1. sect. 9. nu. 64. & seqq. Suar. de legib. lib. 3. cap. 5. nu. 6. Molina de just. tract. 5. disput. 71. nu. 1. ubi citat Panormitan. in Rubr. de constit. nu. 3. qui affirmat, ad legis essentiam non pertinere, ut sit scripta; ideo tamen ante publicationem solere ad scripta redigi, ut melius de illa constet, & firmitus in memoria conservetur.

## CAP. Mos est. IV.

## SYMMARIUM.

1. *Mos quid sit, & aliquando brutis tribui solet.*
2. *Mos quam antiquior sit legibus.*
3. *Differentia inter morem, consuetudinem, & usum.*
4. *Mos quanto tempore inducatur.*

**I**BI Mos. Mos teste D. Thom. 1.2. q. 58. art. 1. non solum rationalibus, sed etiam brutis tribui solet; unde scriptura dicit homines operari more brutorum, juxta illud 4. *Ezra 8.* *Qui mores pecudum habuerant, & 2. Matih. 11.* *Leonum more impetu irruentes in hostes.* Sed hoc per similitudinem, seu analogiam brutis attribuitur, quatenus ex naturali indignatione eandem rationem operandi observant, ut advertit idem D. Thom. in 3. dist. 23. q. 1. art. 4. *quæstion. 2.* Mos proprie tantum in liberis actibus reperitur, nam genus moris incipit ibi, ubi dominium voluntatis invenitur, ut idem D. Thom. notavit in 2. dist. 24. q. 3. art. 2. & post illum tradit Suar. lib. 7. de legib. cap. 1. nu. 3. In usitatori apud Latinos acceptio ne mos est longa consuetudo, ut dixit Salas de legib. disp. 19. sect. 1. num. 4. & in hunc sensum accipitur ab Isidoro in presenti.

Mos quam antiquior sit legibus, potest colligi ex Platone dum affirmat, ius hoc non scriptum, scripto esse vetustius, & certe negari non potest moribus homines priusquam legibus usos

usos fuisse, de quo latius *Conan. lib. 1. jur. civilis cap. 10. nu. 2.* atq; leges sine moribus nihil proficiunt, ut ex *Poetis, & Philosophis* tradit idem *Conan. nu. 4. post med. Plautus ludens in leges 12. tabul, quæ in æs incisæ pendebant in foro, cum interim pravi mores, & corrupti dominarentur in civitate, sic elegantèr dixit.*

*Moris leges perduxerunt potestatem suam.*  
*Neg, magis sunt ijs obnoxij, quàm parentes liberis.*  
*He miseræ etiã ad parietem sunt fixæ clavis ferreis,*  
*Vbi malos mores adfigi nimio fuerat equus.*

3 Differentia inter morem, & consuetudinẽ secundum *Varron.* illa est, quod mos est in iudicio animi constitutus, quem sequi debeat cõsuetudo, qui scilicet omnium iudicio firmo, & certo cõprobatur, usq; adeo ut consuetudinem inducat, idest, ab omnibus cũ res postulat, usurpetur; & ita mos animi est, & voluntatis; cõsuetudo autem actionis; ille præcedat, hæc sequatur; & non tam brevi tẽpore perficiatur, quàm mos ipse; multis comprobatur *Conan. d. n. 6. ad med.* & de eadem differentia inter morem, & cõsuetudinem, vide *Promptuar. jur. tom. 1. verbo consuetudo in principio. Rebuf. ad leg. Gal. 3. tom. in præfat. tit. de consuetud. n. 38. Roch. de cõsuetud. sect. 1. n. 23.* Hoc etiam videtur differre inter morem, & usum, quod usus tam defreqüentia actuum, quàm de singulis actibus dici potest, mos autem non dicitur propriè de uno actu, sed de frequentia actuum similitium; tradit *Suar. de legib. d. lib. 7. c. 1. n. 3. ad fin.*

4 Sed quæritur quanto tempore, & quot exemplis mos induci possit? Nonnulli satis esse putant bis factum esse aliquid, ut dicatur solitum fieri, & ex eo morẽ induci, sed hoc falsum est, nec ex eo quod quis semel; aut bis fortiter se gessit, morem sibi fortis animi confirmavit, multo minus duorum, vel trium civium factum, morem afferret cæteris civibus, ut quod illorũ exemplo fiet, ex more civitatis factũ esse putetur. Attamẽ cum mos multa exercitatione, & diuturno tẽpore acquiratur, certis limitibus præscribi non potest, sed tantum tempus esse debet, quantum sufficiat ad civium voluntates, cõstãtiam, perpetuitatemq; demonstrandũ, quod pro rei magnitudine, gravitate, & cõditione iudex non imperitus estimare poterit: advertit *Conan. d. lib. 1. c. 10. n. 6.* annotavit *Macrobius* in illud *Virg. 7. Æneid.*

*Mos erat Hesperia in Latio, quem protinus urbes Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum Roma colit.*

Planè de moribus vide etiã, quæ scripsi ad *cap. diuturni infra dist. 12. Alciat. lib. 4. Parergon. cap. 21.*

C A P. Consuetudo. V.

S Y M M A R I V M.

- 1 Consuetudinis definitio.
- 2 Triplex est consuetudo.

- 3 An abroget legem humanam?
- 4 Quando possit abolere legem in qua est clausula non obstante consuetudine.
- 5 Quot actibus consuetudo introducatur?
- 6 Consuetudo non presumitur. & quomodo probetur.
- 7 An sint personæ, quæ non possint consuetudinem inducere?
- 8 Consuetudo an sit ius non scriptum?
- 9 Glossa approbatur.
- 10 Secundum consuetudinem est iudicandũ.

I B I, Consuetudo. Quæ multipliciter à DD definitur

in *Rubr. & cap. Fin. de consuetud. Bart. in l. De quibus, & ibi Iuristæ ff. de legib. Conan. lib. 1. jur. civil. cap. 10. nu. 1. 3. & 8. Emman. Roder. de regul. tom. 1. q. 69. art. 1. in princip. Rebuf. ad leges Gal. 3. tom. in præfat. tract. de consuetud. nu. 1. & 43. Azor tom. 1. in præfat. lib. 5. cap. 17. in princip. Salas de legib. disp. 19. sect. 1. nu. 4. & 6. Suar. lib. 7. de legib. cap. 1. nu. 1. & ante illos *D. Thom. 1. 2. q. 97. art. 3.* Sed definitio *Isidori* in præsentia licet ab aliquibus impugnetur, satis defenditur à *Suar. ubi proximè n. 5. 6. & seqq. Reginald. in præxi lib. 13. c. 23. n. 241.**

Triplex est consuetudo, una secundum legem, alia contra legem, tertia præter legem. Cõsuetudo secundum legem humanam duobus modis dicitur; primo quia legem ipsam interpretatur, & declarat; secundo quia ipsam confirmat. Consuetudo contra legem aliquando eam abrogat, ut statim dicemus; Cõsuetudo præter legem est etiam illa quæ aliquando legem extendit, ut V. g. si lex initio lata sit solum pro laicis, postea verò per cõsuetudinem ad clericos se extendat, iuxta notata in *cap. Cum causa de sententia, & re jud. ubi Abb. n. 4. & quæ notat Covar. in 4. Decretal. 2. p. cap. 6. §. 6. n. 8. colliguntur hæc ex Abb. in cap. Vlt. n. 28. de cõsuetud. Azor d. lib. 5. cap. 17. vers. Secundo queritur, & cap. 18. vers. Primo queritur. Salas d. disp. 19. nu. 12. & 15. sect. 2. Suar. d. lib. 7. cap. 4. nu. 14. & seqq.*

Dubiũ esse potest, an consuetudo legi humanæ contraria, illam abroget? Tu omissis multis responde, legem humanam, sive canonicam, sive civilem posse cõsuetudine abrogari. In hoc conveniunt Theologi cũ *D. Th. 1. 2. q. 97. art. 3. Canonistæ in cap. Vlt. de consuetud. Legistæ in l. De quibus ff. de legib. multa congerunt Azor d. c. 17. vers. Septimo queritur. Salas d. disp. 19. sect. 3. n. 18. Roder. de regul. tom. 1. q. 69. art. 1. vers. Secundum dicit Suar. d. lib. 7. cap. 18. nu. 2. Quot nam sint necessaria ut cõsuetudo cõtra ius, sive legem vires obtineat? Cõsuele eundem *Azor. ubi proxim. vers. Octavo queritur. Roder. vers. Secunda cõditio. Salas n. 20. Suar. n. 3. et seqq. Quantũ tẽporis requiratur ut consuetudo præscribat contra legem? Vide Azor d. c. 17. vers. Sexto queritur. Salas d. disp. 19. sect. 4. Suar. d. cap. 18. n. 11. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 83. Reginald. in præxi lib.**

13. cap. 23. n. 253. Quæ autē consuetudo irrationabilis iure censetur, vide eund. *Menoch. casu 82.*

4 An autem consuetudo possit abolere legem, in qua est clausula derogatoria, non obstante quacumq; consuetudine? Cōsulendi sunt *Sot. lib. 1. de iust. q. 7. art. 2. Vasq. 1. 2. disp. 177. cap. ult. Azor d. lib. 5. cap. 17. vers. Decimo queritur. Molin. tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 77. Gutierr. 3. practicar. cap. 32. Covar. 3. variar. cap. 13. nu. 4. Cevallos in pract. quest. q. 704. per totam, Salas de legib. d. disp. 19. sect. 7. Suar. cap. 19. nu. 18. & seqq.* An lex improbens consuetudinem, censetur solum præcedentem tantum, & non subsequenter improbare? vide *Reginald. in praxi lib. 13. cap. 23. nu. 254. post Covar. lib. 3. variar. cap. 13. nu. 4.*

5 Deinde sciscitabere quot actibus, & quanto tempore consuetudo præter legem introducta censetur? *Azor d. cap. 17. vers. Nono queritur ad med. post Abb. in cap. ult. de consuetudine nu. 11. & alios, dicit sufficere decennium, quoniam id longum tempus reputatur; consentit Farinac. 3. tom. q. 95. nu. 33. Salas d. disp. 19. sect. 12. nu. 26. vers. Sed hæc.* At illis litem movet *Iurisconsult. in d. l. de quibus ff. de legib. ibi. inveterata consuetudo; decennij autem spatium non video quæ dici possit inveterata consuetudo; hoc enim verbum significat longum quoddam tempus non certum, aut definitum, sed pro rei conditione, cui iungitur, modò longius, modò brevius. Vnde semper mihi visa verior opinio, quæ docet totum hoc à iudicis arbitrio pendere, ut elegantèr tradit *Conan. lib. 1. cap. 10. nu. 6. ad med. & post Rebus. Corraz. & alios cōmendat Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 81. n. 4. & seqq. Adde de materia latissimè *Suar. d. lib. 7. cap. 10. & seqq. & posita ad cap. Frustra nu. 3. infra dist. 8. & ad cap. Consuetudo nu. 3. infra dist. 12.***

6 Cum consuetudo sit quid facti, nunquā præsumitur, & sic per allegantem probanda est, ut tradit *Farinac. 3. tom. q. 95. nu. 32. Rebus. ad leges Gallia 3. tom. tract. de consuetudine Glossa 3. num. 1.* quomodo autem probari debeat, & testes debeant super eam deponere? dicunt omnes esse difficillimum, ut tradit *Glossa in cap. Fin. de consuetud.* Tu dic consuetudinem probatam à Principe p libri, & articuli exhibitionem bene constare. Probatur secūdo, si iudex inter duos causa cognita per sententiā definitivam pronūtiaverit, talem esse consuetudinem. Tertio probari potest per advocatos, procuratores, & notarios, de quibus iudex etiam ex officio se informare debet. Alios modos consuetudinem probandi, vide latissimè p *Rebus. dist. Gloss 3. à n. 2. usq; ad n. 41.*

7 Dubitatur ultimò an sint in iure aliquæ personæ, quæ non possint cōsuetudinem inducere? Ad quæstionem respondent *Abb. consil. 53. nu. 1. p. 2. Emman. Roder. de regular. tom. 1. q. 69. art. 1. in fine. Azor tom. 1. cap. 18. vers. Undecimò queritur. Tiraq. de primogen. q. 16. nu. 1. & ante illos Præpositus in cap. Frustra. nu. 10. dist. 8. ubi citat *Bart. Italicen-**

entes mulieres, amentes, furiosos, & pueros non posse inducere consuetudinem, ex ea ratione, quia legem condere nequeūt per *l. 1. ff. de legib.* Ego si regulariter loquantur, illis assentio, si autem intelligant nequire à matronis cōsuetudinem induci earum rerum, quæ sunt mulieribus officij, contrarium existimo: ut de obstetricibus, nutricibus, ancillis, earūq; fallarijs, & similibus negotijs, diuturnus honestarum fœminarum usus, vim, auctoritatemq; habet consuetudinis, ut elegantèr contendit *Conan. lib. 1. jur. civil. cap. 8. nu. 5. Salas de legib. disp. 19. sect. 6. nu. 59. ante finem, post alios *Balbus centuria 2. disp. 117.**

### In textu ibi, Cum deficit lex. 8

Contrarium suadet, quia sæpe contingit leges consuetudinis esse scriptas, quales censentur esse leges feudorum, & in Hispania leges, quæ fori dicuntur; Ergo esse ius non scriptum, non est de ratione consuetudinarij iuris: sed respondetur, propriū sensum, & rationem illius particulæ, cum deficit lex, esse ius consuetudinis solere introduci in defectum legis: nam ubi ius scriptum supponitur, non est necessaria consuetudo, quæ ius introducat, cum lex sufficiat; ita *Suar. de legib. lib. 6. cap. 2. nu. 1. & 2.*

### In Glossa verbo, Institutū, ibi, 9

Vel tolerantia. Comprobat ex alijs *Ias. in l. De quibus. nu. 59. ff. de legib.* ubi tamen dubitat; sed hæc receptissima est sententia, ut per *Roch. in cap. Fin. de consuetud. sect. 4. nu. 36. & sect. 8. nu. 27.*

### In Glossa verbo, Cum deficit, 10 ibi, Est iudicandum.

Docet Glossa in iudicio contentioso esse iudicandum, secundum consuetudinem etiam contrariam iuri scripto, si talis cōsuetudo, sit rationalis, & præscripta; sequitur *Sylvest. verbo, Consuetudo 4. 19. nu. 23.* quod etiam extendit ad consuetudinem non præscriptam, dummodo sit à Principe scita, & tolerata.

## C A P. Ius autem. VI.

### S V M M A R I V M.

1 *Gratianus trifariā ius dividit in naturale, civile, & gentiū, & de juris ethymologia.*

**P**ergit Gratian. ex doctrina Isidori, ut palam faciat definitionem iuris, qui illud trifariam dividit in naturale, civile, & gentium; De ethymologia iuris in cōmuni, vide quæ scripsimus ad caput *Ius generale nu. 1. & 2. hac eadem dist.* quibus adde *Azor lib. 5. inst. moral. tom. 1. cap. 1. vers. Primo quidem, & de incept; Valent. tom. 2. disp. 7. q. 4. puncto 2. Sot. lib. 3. de iust. art. 1. Suar. lib. 1. de legib. cap. 2. Robert. lib. 3. receptar. cap. 12. Vacon. lib. 1. de cla-*

declarationum cap. 3. Vualter. lib. 2. miscelanior. cap. 7. De jure autem naturali, civili, aut gentium digemus infra capitulis subsequentibus.

C A P. Ius naturale. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Iure naturali utebantur primi homines.
- 2 Humana menti insidet.
- 3 An sit quod natura omnia animalia docuit?
- 4 Instinctus naturæ dupliciter accipitur.
- 5 Educatio liberorum est de jure naturali.
- 6 Libertas est de jure naturali.
- 7 De jure naturali est, ut res deposita restituatur deponenti.
- 8 Vera littera textus reponitur.
- 9 Glossa intellectus, & labor.

**I**N-textu ibi, Ius naturale. Iure naturali visi sunt uti primi homines, rudes quidem, & agrestes, cæterum expertes cupiditatis, & æmulationis. Nulla tum furta, nullæ cædes, nulla cõmercia, nulla ipsis regnandi libido, cum regnum nullum novissent, sed in montibus, & sylvis habitassent, ut ait Lucretius.

Quod sol, atq; imbres dederant: quod terra crearat  
sponse sua, satis id placabat pectora donum:

Nec commune bonum poterant spectare, nec ullis  
Moribus inter se scibant, nec legibus uni:

Quodcumq; obtulerat præda fortuna, ferebat  
sponse sua, sibi quisq; valere, & vivere doctus.

Seneca in Hyppolito.  
Nullus ijs auri fuit

Cæcus Cupido, nullus in campo sacer

Diviso agros arbiter populis lapis.

His igitur primi sæculi hominibus nullæ fuerunt leges cognitæ, præterquam de maris, & cœmings coniunctione, liberorumq; procreatione, ut ex Vlpiano varijs in locis, tradit Conan. lib. 1. juris civilis cap. 4. n. 4. Porro de jure naturali latè agunt Forcatul. Dialogo 37. & in Aviario cap. 2. Corras. lib. 6. miscelanior. cap. 25. Pinel. in Rubr. de rescind. vendit. p. 1. n. 11. & 19. post alios Pichard. inst. de jur. naturali n. 1.

- 2 Ius naturale pro ut pertinet ad nostrum institutum, est illa lex, quæ humanæ menti insidet, ad discernendum honestum à turpi, juxta illud Psalm. 4. n. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Dñe. ut explicuit D. Tho. 1. 2. q. 91. art. 2. sensit Cicero lib. 2. de legib. Est enim ratio, mensq; sapientis ad jubendum, & ad deterrendum idonea. ut post illos explicat Suar. lib. 1. de legib. cap. 3. nu. 8. & 9. Ambros. etiam Epist. 71 ait Naturalem legem insudit Deus singulorum pectoribus: sed noster textus forsan aliter intelligitur, ut infra nu. 4. De lege verò naturali multa agunt Salas de legib. disp. 5. sect. 1. & seqq. ubi sect. 5. quod

ad legem naturalem non solum quædam principia, sed etiam cõclusiones pertinent, Vasq. 1. 2. disp. 157. cap. 1. & seqq. Suar. de legib. lib. 2. cap. 4. & seqq. Molin. de just. tract. 1. disp. 4. Zazius de jur. civilis interpretatione tit. 2. Tyber. Dec. tract. crim. lib. 2. cap. 6. & 7. latè Abb. in cap. Cum tanto nu. 23. de cõsuetud. Valent. tom. 2. disp. 7. q. 4. punct. 3. & seqq. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 4. n. 31. & seqq. & cap. 5. nu. 41. & seqq. qui latissime disserunt, in qua materia verietur lex naturalis, utrum sit mutabilis, an possit quis eximi ab eius obligatione? Adde posita ad initium dist. 5. nu. 2.

Vlpian. in l. 1. §. 2. ff. de just. & jur. ait, Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Eandem definitionem probavit Justin. in §. Ius naturale inst. de jure naturali, quos satis irridet Laurent. Valla li. 4. elegant. cap. 48. absolum enim videtur ius aliquod constituere cõmune belluis, & hominibus, cum belluis nulla ratio iustitiæ cõmunis sit; cum sequitur Vasq. d. disp. 157. cap. 1. nu. 4. At non fuerunt in ea sententia Vlpianus, & Justinian. ut putarent quidquid ipsa natura docuit omnes etiam bestias, ius esse: sed ius quo videtur cætera quoq; animalia esse edocta, naturale appellari: quia cum solius hominis sit, ad id tamen cætera animantia vi quædam naturali sua feruntur, per inde ac homines ipsi sua insita, & ingenta ratione. Vnde lex naturalis non attribuitur animantibus secundum proprietatem, sed secundum metaphoram. Ita eleganter Conan. d. lib. 1. cap. 4. nu. 7. Suar. d. lib. 1. de legib. cap. 3. nu. 8.

**I**bi, Instinctu naturæ. Instinctus nature dupliciter accipitur, vel enim importat inclinationem à natura insitam non præmissio rationis discursu, vel importat inclinationem non ita insitam, sed potius præmissio rationis discursu acquisitam, qua scilicet assentimur, his quæ iudicamus bona, & declinamus contraria: & de hoc posteriori instinctu rationis, agit textus in præsentibus; sic sane ius naturale de quo hic, nõ est illud, quod nostris mentibus est inscriptum, sed potius illud, quod dictamine rationis naturalis secundum primam rerum naturam inter omnes homines constat; quod nostri ius gentium primævum appellant, consonant exempla præscripta ab Isidoro in præsentibus quidquid Covar. in reg. Peccatum 2. p. 5. 11. nu. 4. & 5. Navar. in cap. Fratertitas 12. q. 2. nu. 15. contendat doctrinam Isidori circa exempla de quibus hic, pugnare cum Iurisconsultis in l. Veluti, & in l. Vi vim ff. de just.

**I**bi, Educatio liberorum. Vnde etiam hæc necessitas sit de jure naturali, consequitur filium, qui accepta portione, remisit patri necessitatem alendi, adhuc egestate pressum posse petere alimenta, ex Felin. in cap. Si diligenti nu. 5. de foro cõpetenti, etiam si iurasset se non petiturum ex Marian. ibidem nu. 13. quidquid in hoc opinetur

Deci in l. *Pacta* nu. 26. Cod. de pact. Et in l. *Unica* sanguinis nu. 2. & 3. ff. de regul. jur. & an hoc procedat, si filius dolo, vel lata culpa bona dissipasset. Vide *Guilhelm.* in cap. *Rajnuus* verbo in eodem relinquens in primo nu. 222.

6 **Ibi, Et omnium una libertas.**

Vide *Navarr.* in cap. *Ita quorundam* notab. 11. Gloss. pen. a nu. 1. *Covar.* in Reg. peccatum 2. p. §. II. nu. 5. qui late disputant utrum aliqua sit servitus inducta jure naturali, resolventes servitutem esse proprie contra ius naturale, quoad statum innocentiae, quia est contra ius naturale dictans, ne quis in eo statu esset servus; quoad statum autem post peccatum non esse contra ius naturale, immo potest dici secundum ius naturae, quatenus est quaedam poena determinata jure humano pro delicto, quod jure naturae castigandum est, ut sentit *D. Thom.* in 4. dist. 36. & post illum *Navarr.* ubi proxime nu. 10. & 11. Nam servitus legalis iure gentium ex misericordia ad temperandum belli rigorem, fuit instituta, cum enim jure belli licitum sit hostes occidere cap. ab illo 14. q. 4. cap. *Qui culpatur* 23. q. 1. nihil æquius ad temperandum belli rigorem existimari potuit, quam quod illis qui absq. victoriæ periculo servari possent, vita quidē ex misericordia donetur, cap. *Noli in sine* 23. q. 1. dummodo ad coercendam eorum audaciam poena servitutis, veluti meliori quadam morte mulcerentur.

7 **Ibi, Item depositæ.** Probat *Isidorus* esse de jure naturali dominium rei depositæ, restituendæ deponenti, de quo late agit *Sor.* lib. 4. de just. & jure q. 3. art. 1. At *Hotoman.* in l. 1. nu. 9. ff. de just. & jure, satis reprehendit *Isidorum* in præsentem, quem tamen defendit *Pinel.* in Rubr. de rescindend. p. 1. cap. 1. nu. 16. ad fin. quod tamen limita ex *D. Thom.* 2. 2. q. 57. art. 2. ad primum, nisi ex nova circumstantia ius hoc naturale non obliget, ut si deponens reddatur furiosus, vel Reip. hostis, & periculum verisimile alteri nocendi timeatur.

8 **Ibi, Cōmendatæ.** Sic enim legendum est, non cōmodatæ, ut male in vulgatis Codicibus olim legebatur, & apud *Vaconium* lib. 2. declaration. cap. 43. nu. 4. quia pecunia non cōmodatur, sed mutuat, ut in principio inst. quibus modis re contrahitur obligatio, & in §. *Itē is cui*, eodē tit. nisi in casu. l. 4. ff. Cōmodati. observat *Pichar.* in §. *Præterea* n. 13. eod. tit.

9 **In Glossa verbo, Communis.**

Laborat Glossa, ut ad cōcordiam reducat verba textus, ibi. *Communis possessio*, & ibi *Acquisitio eorum*: contraria namq. intra se sunt isthæc duo, nempe cōmunio rerum, & illarum acquisitio, seu appropriatio, de quo vide *Innoc.* in cap. *Quod super* n. 1. de voto. *D. Thom.* 1. 2. q. 94. art. 5. ad 3. *Sor.* de just. lib. 4. q. 3. art. 1. ad 2. *Conrad.* de contractib. tract. 1. q. 10. conclus. 3. *Fortunium* in l. 1. §. *ius naturale* a n. 72.

C A P. Ius civile. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Ius civile cur sic dicatur?*
- 2 *Origo, & divisio juris civilis.*

**I**N textu ibi, *Ius civile.* Civile ius vocatur, quia civitatum proprium est. Civitas appellatur quicumq. populus ipsdem moribus, & legibus gubernatus: nulla alia ratione differt ius civile ab eo, quod gentium dicitur, quam quod unum civium tantum, alterū omnium commune est hominum, utrumq. ad eorum utilitatem, quibus imperat spectans; multis comprobant *Conan.* lib. 1. juris civilis cap. 7. nu. 1. ubi nu. 4. quales primæ leges civiles, & antiquissimæ fuerint. De origine autem juris civilis Romanorū, vide late eundē authorē d. lib. 1. c. 12. At de origine, causa, & divisione iuris civilis, vide *Zazium* de juris civilis interpretatione tit. 4. *Budæum* ad pandect. in annotation. l. *Ius civile* ff. de just. & jure sol. 10. & 11. *Conan.* d. lib. 1. cap. 13. nu. 1. *Azor* lib. 5. instit. moral. cap. 1. vers. *Secundo* dividitur, tom. 1. latissime *Tyber.* *Decian.* tract. crimin. lib. 2. cap. 23. *Salas* de legib. disp. 2. sect. 7. *Reginald.* in praxi lib. 13. cap. 21. *Ferland.* lib. 1. explicationum cap. 5. refert alios *Pichard.* inst. de jure naturali §. *Sed ius quidem* nu. 1. & seqq. ex quibus resolv. Ius civile scriptum constare sex partibus; legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, edictis prætorum, constitutionibus principum, responsis prudentum: ut colligitur ex l. *Ius civile* ff. de just. & jure §. *Constat* autem inst. de jure naturali, quanvis in l. *Necessarium*, §. *Postea* vers. *Augescente*, & §. *Ita* in civitate ff. de origine juris, septem partes cōnumeretur, adijcitur ibi alia pars, nempe legis actiones, & in l. *Ius gentium* §. *Prætor* ff. pactis, solum recensentur quinque partes: De quibus omnibus infra separatim agemus. Ius scriptum ex Atheniensibus promanasse videtur; ius non scriptum à Lacædemonijs initium habuit, ut tradit *Pichard.* in dict. §. *constat*, nu. 2. & 3.

C A P. Ius gentium. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 *Ius gentium quare sic dictum?*
- 2 *An ad ius naturale, seu positivum sit revocandum?*
- 3 *Opinio Authoris.*
- 4 *An tantum concedat, vel etiam aliquid prohibeat?*
- 5 *Quæ sint juris gentium?*

**6** Potest quis rem propriam, auctoritate propria surripere.

**7** Captus in bello an peccet fugiendo?

**I**BI, Ius gentium. Nominatur autem ius gentium, quod co utantur omnes homines, qui in gentē aliquam societatem sunt congregati. Est enim gens, hominum multitudo eisdem moribus utentium, dicta quasi genus litera, V, detracta. Nam cum homines eiusdem essent cognationis, & generis, ex nimis ampla familia in multas familias commigrarunt, ex quibus vicinitatem quandam sibi constituerunt. Est ergo ius gentium, quo homines utuntur, non tanquam homines, id est rationis participes animates, sed tanquam gentes, & in populi formam aliquam sociati. Explicat elegantē *Conan lib. 1. juris civil. cap. 5. nu. 2. & seqq.* Adde latē de *jur. gentium Za-zium de juris civilis interpret. tit. 3. Azor lib. 5. instit. moral. cap. 1. vers. Secundo dividitur, tom. 1. Vasq. 1. 2. disp. 157. cap. 3. & seqq.* *Salas de legib. disp. 2. sect. 3. & seqq.* *Suar. de legib. lib. 2. c. 18. & seqq.* *Tyber. Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 8.* *Reginald. in praxi lib. 13. cap. 4. nu. 40. & seqq.* *Forcatul. Dialogo. 30. Pinel. in Rubr. de rescind. vendit. p. 1. cap. 1. n. 3.* *Roscium lib. 2. memorabilem cap. 8. post alios Pichard. inst. de jure naturali §. Ius autem nu. 1. & seqq.*

**2** At difficultas oritur, an ius gentium ad ius naturale sit revocandū, an verò ad ius positivū? Prima sententia est. Ius gentium sub jure naturali latē dicto, comprehendī, quam tenet *Anton. Vacca ad l. 1. §. Ius gentium ff. de just. citans Corrasium lib. 6. Miscel. cap. ult. Azor lib. 5. cap. 1. vers. Secundo dividitur.* Secunda est opinio, ius gentium partim sub naturali, partim sub positivo comprehendī, *Bart. in l. Ex hoc jure ff. de just. & jur. n. 9. & 10. & ibi scribentes Menchaca 1. de succession. creat. §. 1. nu. 2. & 3. primo controversiar. cap. 10. nu. 18. dicit receptissimū. Bolognet. in Rubr. de verbor. obligat. nu. 20. & ad hoc reducitur, quod nostri vulgariter docent.* Ius gentium aliud esse primarium, aliud secundarium, de quibus per *Conan. d. lib. 1. cap. 5. nu. 3.* plures quos refert *Salas disp. 2. sect. 2. n. 16.* Tertia est opinio, firmans omne ius gentiū propriē sumptum esse positivum, ita tenet *Sot. lib. 1. de just. q. 5. art. 4. & lib. 3. q. 1. art. 3. Molin. tom. 1. de just. tractatu 1. disp. 3. & 5. alios refert, & sequitur Salas ubi proxime nu. 18.*

**3** Ego sentio magna ex parte quæstionem esse de nomine: nam si constet aliquid esse de lege naturæ, parum refert dicere esse quoque de jure gētium; quia gentes cōmuniter eo jure utuntur: Sentio etiam ius gentiū simpliciter sumptū esse humanum, & positivū, ut comprobatur *Salas ubi supra sect. 3. nu. 21. §. 4. Suar. d. lib. 2. cap. 19. nu. 3. neq; ab hac sententia dissentiant juriste, qui ius gentiū distinguunt in primarium, & secundariū,*

& prius dicunt includi in iure naturali, posterius verò esse positivum humanum. Hæc enim divisio tantū differt in usu vocis, nam verè coincidit cum supraposita opinione. Quia illud ius gentium primavū, naturale est, solumq; denominatur gentium, quia illo gentes cōmuniter utuntur. Nos autem loquimur quatenus ius ab origine, & auctoritate denominatur, & hoc est illud secundarium, quod juriste fatentur esse positivum humanū. Vide *Suar. ubi proxime n. 4.*

Alia quæstio pullulat an ius gentium aliquid præcipiat, vel prohibeat, an solum cōcedat, vel permittat? *Vasq. disp. 157. cap. 3. post Conan, quem citat lib. 1. juris civilis cap. 6. nu. 5.* existimat ius gētium pro ut à naturali distinguitur, non cōtinere sub se præcepta, aut prohibitiones, sed solum concessionem qualdam, seu facultates aliquid agendi, vel non agendi; quod *Vasquez cōprobat ex nostro textu, ubi Isidorus non definit ius gentium, sed tantum illud explicat p quædam exempla.* Contrarium tamen tenendum est cū *Suar. lib. 2. de legib. c. 18.* quem latē consulat lector.

Quæ autem sint iuris gentiū, & de exemplis relatis ab Isidoro in præsentī, firmantē illa omnia ad ius gentiū pertinere, sunt videndi *Covar. in Reg. peccatū 2. p. §. ij à princip. Navarr. in cap. Ita quorundam notab. ij. Gloss. penult. nu. 3. Molin. de just. tract. 5. disp. 9. nu. 1. Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 10. Vasq. 1. 2. disp. 157. c. 3. & 4. Suar. de legib. lib. 2. cap. 18. per totū.* Ego multa præmitto, brevitas causa.

In Glossa verbo, *sedium* ibi, Nisi forte. Collige ex Glossa posse quemquam rem propriam à non Domino occupatam sua auctoritate, sine peccati reatu surripere; quod tamen moderandum est, quādo nullo pacto apud iudicem poterit rem propriam obtinere, & talis occupatio fiat sine scandalo, aut læsione propriæ famæ, vel alterius, ut post *Caiet. Sylvest. & alios tradit latē Covar. lib. 1. variat. c. 2. n. 15.* quibus adde *Rebus. in l. Vnic. C. de sententi. qua pro eo notab. 9. n. 13. Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 13. n. 9.*

In Glossa verbo, *servitutes* ibi, peccat taliter captus. Tenet Glossa peccare captū in bello iusto si à Dño fugerit, quia fugiēdo sui ipsius factum cōmittit, quam Glossam dicit cōmuniter receptam *Covar. lib. 1. resolut. c. 2. n. 10. vers. in Secunda etiam: latē Mol. de just. tom. 1. disp. 120. & 121. Gloss. verbo Restituat in cap. Sicut 29. de jure iur.* Quod tamen limitant prædicti D. D. nisi taliter captus ad suam patriam redeat; sequitur *Vasq. 1. 2. disp. 174. cap. 1. nu. 8. & seqq.* An iuste captus damnatusq; ad mortem, aut aliam corporis pœnam possit absq; peccati labe à carceribus fugere? vide latē eundem *Covar. ubi supra, & quos ibi citat, ultra illos Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 13. nu. 6. & seqq. affirmativē resolventes, latē, & elegantē Vasq. ubi proxime cap. 2. & 4.*

## C A P. Ius militare. X.

## S V M M A R I V M.

- 1 Doctores qui textus meminere.
- 2 Præda belli quomodo dividenda?
- 3 Res immobiles principi acquiruntur.
- 4 Principis portio est quinta pars.

**I**N textu. Meminerunt huius textus Gregor. Lopez. p. 1. tit. 1. l. 3. Glossa 4. Repertorium Inquisitorum verbo Ius. vers. Ius militare, ubi additio litera C.

2 Ibi, Prædæ divisio. Id enim militaris disciplina postulat, ne iniqua sorte præda eorū sit, qui omissis hostibus, eam dumtaxat sectantur, ut optimè exponit Alciat. in l. 1. nu. 10. ff. de acquirenda possession. post illum Lusit. Cabed. decis. 88. nu. 7. tom. 2. qui textum adducit.

3 Ibi, iusta divisio. Res immobiles Principi, aut Rei pub. bellum gerentibus acquiruntur, cum ab hostibus vendicantur l. Si captivus §. Expulsis in fine ff. de captivis, & ideo civitates, aut castra capta ab infidelibus non efficiuntur capientium, sed Regis, ut post Bart. Alexandr. Alciat. & alios, tradit receptum Covar. in Reg. peccatum 2. p. §. II. nu. 6. vers. Res autem, Cabed. dicta dist. 88. num. 6. Res verò mobiles capientium efficiuntur; debent tamen tradi Duci exercitus, ut is eas dividat inter milites, iuxta cuiuslibet dignitates, & merita, ut probat noster textus, & ex illo deducunt Covar. d. vers. Res autem. Cabed. d. decis. 88. num. 7.

4 In fine ibi, Principis portio. Quæ portio est quinta pars, secundum Lopez. l. 4. tit. 26. part. 2. Glossa 1. Sic, & quinta pars frugum dabatur Regi Aegypti. Genesi. cap. 47. num. 24. Si tamen Rex vicerit prælium, debet ei dari dux maior exercitus hostium, si captus fuerit, cum suis mulieribus, una, vel pluribus, & cum suis filijs, & hominibus servitoribus, & cum rebus suis mobilibus, ut per eundem Gregor. l. 5. in principio ubi supra.

## C A P. Ius publicum. XI

## S V M M A R I V M.

- 1 Dicitur ius publicum quasi populicum.
- 2 Leges inducentes solemnitatem pro forma actus, sunt juris publici.

**I**N textu ibi, publicum. Et dicitur ius publicum, quasi populicum, quod ius indubitatissimi iuris est, non posse privatorum pactis immutari. Vide circa utrumq; Conan. lib. 5. juris civilis cap. 5. nu. 3. versaturq; in saceris, sacerdotibus, & magistratibus, ut ex Isidoro in præsentia deducit. Repertorium Inquisitorum verbo Ius vers. Ius publicum.

Notabis insuper omnes leges esse juris publici, quæ solemnitatem aliquam inducunt pro forma actus, docet Bart. in l. Ius publicum nu. 2. ff. de pactis Paul. in l. 2. nu. 12. Cod. illo tit. ubi Dec. nu. 27. idq; tanquam receptum pertransit Felin. in cap. Si diligenti à nu. 8. de foro compet. Menchaca de success. creat. §. 3. nu. 8. qui de multiplici jure publico loquitur.

## C A P. Ius quiritum XII.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ius quiritum, primum Archagatho Medico datum fuit.
- 2 Infideles subditi Principis Christiani, tenentur observare leges.
- 3 Imperator an sit dominus mundi?

**I**N textu. Deducitur ab Isidoro li. 5. ethymolog. cap. 9. & vide Repertorium Inquisitorum verbo Ius quiritum fol. 507. Adde ex sententia Alexandri ab Alexandro lib. 4. cap. 10. col. 3. Ius quiritum primum Archagatho Medico cum Taberna in compito Acilio, datum fuisse, cuius meminit Plinius de naturali historia lib. 29. cap. 1. ad med. vide Mantio. lib. 2. de conjecturis cap. 14. nu. 26. Taf. in Rubr. ff. acq. hered. num. 16. qui textum citant ad hoc, quod ius civile primum inter cives Romanos legitimas successiones introduxit.

In Glossa ultima. Collige ex Glossa infideles subditos Principi christiano teneri ad observantiam legis ab ipso Principe promulgatæ. Innoc. in cap. Quod super his de voto. Ioann. Andr. in cap. Gaudemus de divort. alia cumulat Gregor. Lopez. p. 1. tit. 1. l. 16. Glossa 16.

In eadē ibi, Est dominus mundi. Vide latè Sor. de just. lib. 4. q. 4. art. 2. Molin. de just. tractatu 2. disput. 30. qui latissimè differunt an Imperator sit Dominus mundi? Adde Suar. de legib. lib. 3. cap. 7. à nu. 1.

DISTINCTIO II.

CAP. Lex est. I.

SVMMARIVM.

- 1 Legis definitio, & ethymologia.
- 2 Quis habeat potestatem condendi leges?
- 3 Hac potestas est penes Episcopos, & an sit auctore jure divino?
- 4 Cardinales, & legati an habeant potestatem condendi leges?
- 5 Quid de superioribus Religionum?
- 6 Constitutio Carthusianorum de abstinentia ab esu carniū an obliget cum periculo mortis?
- 7 Legum civilium primus auctor est Imperator, deinde Reges, & Principes supremi.
- 8 Respub. suprema potest leges condere.
- 9 Duces, Marchiones, aut comites an habeant potestatem condendi leges?
- 10 Lex an obliget cum conscientia, & cum periculo vitæ? & a quo tempore incipiat ligare?
- 11 Maiores natu quid dicantur?

**I**N textu ibi, lex. De legis definitione, & ethymologia, vide quæ latè scripsimus in cap. Lex est 3. nu. 1. supra dist. 1. Vtrum leges generales præsumantur jure conditæ? vide Abb. in cap. 1. num. 9. de constit. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 1.

**2** Ibi, sanxerunt. Controvertit in præsententi Doctores penes quem sit potestas condendi leges? Tu brevissimè resolve, primam potestatem legum ecclesiasticarum esse penes Pontificem ab ipso Deo derivatam. Namq; eo ipso, quod voluit Christus Summum Pontificem esse Vicarium suum, supremumq; Pastorem Ecclesiæ, consequenter illi concessit facultatem ferendi leges spirituales, quia convenit naturæ capitis posse præcipere subditis Vasquez 1.2. disp. 152. cap. 3. nu. 25. latissimè Suar. lib. 4. de legib. cap. 3. a nu. 10. Molina de just. tract. 5. disp. 46. nu. 4. Vbi affirmat ad Summum Pontificem spectare eas omnes leges condere, quas expedire judicaverit ad finem supernaturalem, absque ulla dependentia: ex eo, quod subditi illas approbent, aut recipere velint. Ex quo infert idem Molin. citato loco, posse eundem Pontificem abrogare eas leges Prin-

cipum sibi subditorum, quas fini supernaturali contrarias, vel minimè expeditas cognoverit.

Hæc potestas est etiam penes Episcopos, quia verè sunt Pastores, Rectores, & præfecti, & ex munere proprio incumbunt spirituali gubernationi Ecclesiæ suæ, Vasquez ubi supra. elegantèr Suar. d. lib. 4. cap. 4. nu. 2. An istam potestatem accipiant à Romano Pontifice, vel immediatè à Christo, non levis est controversia; atq; à Christo esse, existimant Victoria in 2. reledion. de potestate Ecclesiæ q. 2. Alphonsus à Castro lib. 2. de justa hæreticorum punit. cap. 24. quos sequitur Vasq. 1.2. disp. 152. cap. 3. nu. 28. & disp. 153. cap. 1. nu. 4. Contrarium tamen post multa, & multos tueretur Suar. d. cap. 4. nu. 5. & seqq. Eadem potestas competit Archiepiscopis Primatibus, seu Patriarchis, qui jure communi idem possunt in suis particularibus diocæsibus, quod Episcopus, quia illarum Episcopi sunt, ut per Suar. d. lib. 4. cap. 5. nu. 3.

Insuper de Cardinalibus dicendum est per se, & ratione suæ dignitatis, posse solum leges ferre in Ecclesijs suorum titularum, ut probatur ex cap. His qua, de majoritat. cap. Querelam de elect. & post alios, tradit Suar. lib. 4. cap. 5. nu. 4. Hæc potestas concessa est etiam legatis Sedis Apostolicæ in Provincia suæ legationis, ut notavit Sylvest. verbo lex, quest. 4. per text. in cap. ult. de offic. legati. cap. Ex rescripto de locato, hæc tamen potestas non convenit eis alio jure, quam voluntate Pontificis legantis, quare, & Pontifex illam limitare, & omnino tollere posset. Vasq. d. disp. 153. cap. 1. nu. 5. Suar. d. nu. 4. ad fin.

Convenit etiam hæc facultas condendi leges superioribus religionum, in congregatione generali, ut manifestè constat ex privilegijs. Hæc autem facultas pendet omnino à Pontifice religiones approbante; olim autem talis facultas concedebatur religionibus ab Episcopis, ad quos tunc approbatio regulæ intra suam diocæsīm spectabat, nunc autem meritissimè Summo Pontifici est reservata; tradit Vasq. d. nam. 5. vers. Secundo. Undè inferas, legem Carthusianorum de abstinentia ab esu carniū, esse omnino servandam; quod tenet Navarr. cons. 51. de regularib. nu. 5. edit. 2.

Vtrum autem obliget illa constitutio in articulo mortis, non leviter à Doctoribus controvertitur? Medin. in edit. de jejunio q. ult. ad 4. argumentum. Almainus in 4. disput. 15. absolutè existimant in nullo casu posse Carthusianum constitutionem suam servare cum periculo vitæ; quia servare vitam est jure naturæ præceptum, nulla autem lex humana, aut votum obligare potest contra legem naturalem. Alij docent hoc non licere si scandalum præsumeretur, ne forte detur occasio contemnendi regulam. Ita Maior in 4. dist. 38. q. 24. conclus. 5. Adrian quodlibet. 1.

art. 3. ad 9. argumentum, quod probant ex illo Apostoli 1. ad Corint. 8. nu. 13. Si esca scandalizet fratrem meum, non manducabo carnes in aeternum. 3. *Vitioria in relect. de temperantia nu. 8.* firmat, licere Carthusiano in extrema necessitate constituto abstinere à carnibus, sed ad hoc non obligari. Primum probat, quia nemo tenetur mutare locum gratia sanitatis, ut liberetur ab egritudine; sed patienter in eodem loco potest vitam finire. Probat secundum, quia si non esset licitum Carthusiano carnibus vesci, esset talis constitutio intolerabilis, & inhumana. Tandem *Vasq. 1. 2. disp. 162. cap. 4.* ait, debere Carthusianum à carnibus, vel à cibo ex carnibus condito abstinere, etiamsi ea ratione speret, se periculum mortis subiturum, quod limitat nisi alius cibus præter carnes non sit, aliter videtur sentire *Salas de legib. disp. 11. sect. 2.* qui latè disputat. Tu lege, & elige.

7 Circa leges civiles, primus illarum author est Imperator in civitatibus, & locis sibi subjectis: nam cum leges ferre, sit potestatis supremæ, & Imperator sit supremus in Imperio: efficitur ipsum posse leges condere; non tamen per illas potest obligare Ecclesiam, vel Regna diversa, ut probant *Vasq. disp. 153. cap. 2. à nu. 11.* *Suar. lib. 3. cap. 8. à nu. 1.* qui declarat quænam sint Provinciæ Imperio subjectæ; & ita in paucis Provinciis christianorum servatur ius civile, ut latè refert *Gygas de crim. lesa Majest. lib. 3. q. 23. nu. 17.* Constat etiam ex dictis, hanc potestatem esse in omnibus Regibus, & Principibus supremis, pro suo Regno; tradunt *Canonista in cap. Ecclesia de constit. Legisla in l. ult. C. de legib. Vasq. ubi supra, cap. 3. à nu. 30.* *Suar. d. lib. 3. cap. 9. à nu. 2.* Quæ etiam potestas legislativa, potest esse in Regina Regni hærede, sive à matrimonio vinculo sit libera, sive sit in statu matrimonij, sive vidua existat; *Vasq. d. cap. 3. à nu. 32.* *Suar. d. cap. 9. à nu. 7.*

8 Rursus Respublica, quæ nulli paret Regi, aut Principi supremo, sed sibi eligit ducem, aut perpetuum, aut temporalem, qualis est Respublica Veneta, & Genuensis, auctoritatem habent condendi leges, quia ex se supremam habent jurisdictionem; notavit *Vasq. d. cap. 3. nu. 30.* *Suar. d. lib. 3. cap. 9. nu. 6.* *Moditius in §. Lex inst. de jure naturali, dubitat. 101. nu. 13.* ubi idem affirmat de Republica *Lucensium* referens *Menoeb. responsio Secundo. Causa finarien. nu. 52. 63.* & seqq. Vtrum autem qualibet civitas possit veras leges condere? Vide *Menoeb. & Moditium supra citatis locis, latè.* *Suar. d. cap. 9. à nu. 16.* *Vasq. disp. 153. cap. 3. nu. 37.*

9 Vltimò dubitatur, an Duces, Marchiones, Comites, & Barones possint leges condere? Possent in Hispania, tuetur *Gregor. Lopez part. 2. tit. 1. l. 12.* Cæterum contraria opinio est certissima, ut docent *Sot. lib. 1. de just. q. 1. art. 3.*

*Azeved. lib. 2. cõment. legum Hispania cap. 1. Avend. de exequend. cap. 5. post illos Vasq. disp. 153. cap. 3. nu. 36.* *Salas de legib. disp. 7. sect. 13.* *Suar. d. lib. 3. cap. 9. nu. 5.* quod tamen limitatur in ducibus supremis, ut est Dux Subaudiæ, *Roman. conf. 59.* & Dux Mantuæ, & Mediolanensis, tradit *Natta conf. 487. nu. 9.* Idem de Marchione Montisferati, tradit *Ias. conf. 235. col. 2. lib. 2.* de quibus vide latius *Moditium d. disput. 101. à nu. 9. usq. ad 18.* *Morlam in Emporio juris tit. de legib. in principio nu. 23.*

Vtrum lex possit obligare in conscientia, & cum periculo vitæ? Vide posita *ad cap. 1. infra dist. 4.* Atq. à quo tempore lex incipiat ligare, vide posita *ad cap. ult. nu. 2. infra dist. 18.* ubi etiam de legis legitima promulgatione.

In Glossa verbo, Quæ maiores. Tenet Glossa, quod maiores natu dicuntur nobilitate, dignitate, & scientia præditi, de quo vide latè per *Tiraq. de nobilitate cap. 37. n. 24. & 27.*

## C A P. Plebiscita. II.

### S Y M M A R I U M.

- 1 Plebiscita quid sit?
- 2 Quando ortum habuerunt.
- 3 An hodie plebs possit condere statuta?

**I**N textu ibi, Plebiscita. Plebiscita ex leges dicuntur, quas sola plebs scivit, plebs autè notabatur, in qua gentes patritiæ non insunt; plebs enim est, cæteri cives sine Senatoribus l. Plebs 237. ff. de verbor. signif. tradit latè *Conan. lib. 1. iuris civilis cap. 13. nu. 5.* ubi quid à plebe populus differat. Quam ergo legem non populus universus, sed plebs tantum constituisset, vocauerunt plebiscitum, non legem, ut per eundem *Conan. tit. 6. in principio,* cum quo proseguere. Adde *Budeum ad pandect. in l. Posteriore ff. de orig. jur. fol. 15.* *Vasq. 1. 2. disp. 157. cap. 5. nu. 35.* elegantè *Pichard. §. Plebiscitum nu. 1. & 2. inst. de jure naturali.* Quid verò discriminis fuerit inter leges, & plebiscita, paucis accipe ab *Alex. lib. 6. genial. diæ. cap. 23.* Magui (inquit) inter plebiscita, legesq. intererat, quod plebiscita tribuno rogante, de his quæ ad plebem pertinent: leges verò consule, vel prætorè, aut alio magistratu consulente, rogabantur. Plebiscita ortum habuerunt, quando facta secessione exercitus, sive plebis à patribus in montem Aventinum, ob Apij Claudij scelus in Vestalem virginem, pro tempore, quo dissensio illa duravit, plebs sibi leges constituit, quæ plebiscita sunt appellata, quod à plebe lata, & scita

& scita forent, tradit elegantē Tyber. Decian. in tract. crim. lib. 2. cap. 27. à nu. 1. Plebiscita ergo primum lege Horatia, & Valeria latis anno ab urbe condita 304. vim legis habere cœperunt, deinde lege Hortensia lata anno 467. idem clarius statutum fuit, tradit idem Decian. nu. 5. ubi à nu. 6. plura plebiscita leguntur de varijs rebus, apud diversos Authores relata. Sed inter alios Authores vide Livium decad. 1. lib. 3. & decad. 1. lib. 8. Alexand. genial. dier. lib. 6. cap. 23. & ibi Tiraquel.

3 An hodie plebs, vel populus possit condere statuta absq; superiorum auctoritate? Negative respondendum est, ut ex Bart. & Iason. in l. Omnes populi ff. de just. & jure, tradit Moditijs in §. Plebiscitum insti. de jure naturali dub. 4. à nu. 1. per text. in l. Si quid extraordinarium C. de legationib. lib. 10. Sed dubitatur quot homines plebem faciunt? & sufficere decem, noravit Abb. post Glossam in cap. Nullus in Ecclesia de elect. quem sequitur Moditijs ubi proximè dubit. 90. in principio.

C A P. Senatusconsultum. III.

S Y M M A R I V M.

- 1 Senatusconsulti definitio.
- 2 De Senatu legitimo, & indicto.
- 3 Differt Senatusconsultus à Decreto Senatus. De omnibus Senatuscons. n. 4.

1 **I**N textu ibi, Senatus. Qui definitur, quod sit ille cœtus Senatorū, qui centum erant numero, nam adeo augebatur populus Romanus, ut esset impossibile in unum congregari, quando novus casus emergebat; unde constituit populus ipse centum viros, deputatos ad regimen civitatis, qui Senatores appellabantur l. fin. ubi Glossa verbo centum C. de petit. heredit. Si facienda erat aliqua lex nova, congregabantur solū illi centum Senatores, qui decidebant casum propositum, & illa decisio erat lex, quæ vocabatur Senatusconsultum, ut per Corras. in tract. de redigen. ius ad artem lib. 2. cap. 12. post alios Moditijs in §. Senatusconsultum insti. de jure naturali dubitat. 1. in principio, latè Decian. in tract. crimin. lib. 2. cap. 18. à nu. 1. ubi etiam agit de origin. Senatusconsult. de quo etiam Moditijs ubi proximè nu. 12. Vasq. 1. 2. disp. 157. cap. 5. nu. 36.

2 De Senatusconsultis, & de senatu legitimo, & indicto vide Conan. lib. 1. jur. civil. cap. 14. nu. 1. atq; Senatusconsultū duobus fiebat modis, primo modo per discessionem, cum scilicet Senatores eandem habentes sententiam, in eundem locum pedibus ibant, sive discedebant, quos

vocabant pedarios Senatores, ut Author est Gellius noct. Attic. lib. 3. cap. 18. Secundo modo fiebat Senatusconsultum, cum unusquisque suam sententiam verbis proferebat. Qui Senatores vocabantur caput cum lingua; at vero pedarij caput sine lingua; ut constat ex Gellio citato. Erat, & aliud genus Senatusconsulti, quod tacitum vocabatur, quod volebant enunciari priusquam latū, perfectumq; fuisset, ita ut nec scribæ, nec servi publici, nec censuales illis interessent, sed Senatores ipsi dictabant, excipiebant, & scribarum munere fungebantur: ita ex Capitolino refert idem Conan. ubi supra nu. 5. Postquam Senatusconsulta vim sibi legis arrogabant, populo non repugnante, captum est, ea quoq; ut cæteras leges deferre ad ærarium. Sic ex Suetonio dicit Conan. nu. 6. cum quo prosequere Decian ubi supra nu. 10. Neque omittas Aul. Gellium noct. Atticar. lib. 14. cap. 7.

2 Differebat autem Senatusconsultum à Decreto Senatus, nam decretū erat particula ipsius Senatuscons. Senatus autem consultū erat totum id, quod in eo Senatu constitutum erat, ut Author est Festus, in verbo, Senatus; Sæpe enim confunduntur hæc nomina, Decretum, & Senatusconsultum, ut constat ex Suetonio, & probatur ex Agellio lib. 20. cap. 24. dum loquitur de Senatusconsulto de re sumptuaria, quod modo decretum, modo Senatusconsultum appellat; tradit Decian. d. cap. 28. nu. 4. Insuper orationes, quibus Principes Senatum consulebant, quandoq; etiam Senatusconsultum appellabantur, ut probatur ex l. Item veniunt §. Præter hac ff. de petit. heredit. & clarius in l. Cum hi, in principio ff. de transact. notat idem Decian. nu. 32.

3 Porro de omnibus Senatusconsult. agit uberrimè Decian. d. cap. 28. à n. 2. usq; ad 30. quem consule, & præterea vide Alexand. lib. 6. genial. dier. cap. 23. & ibi Tiraquel.

C A P. Constitutio Principum. IV.

S Y M M A R I V M.

- 1 Constitutio quid sit?
- 2 Principes cum consilio procerum, debent constitutiones condere.
- 3 Decreta Principū an habeant vim legis?
- 4 Schedules Principum an obligent?

1 **I**N textu. Notat illū Rebus. in proœmio leg. Gall. nu. 4. Glossa 1. Gomes. in cap. statutum nu. 2. de rescript. lib. 6. Constitutio tamen appellatur, quam Rex, vel Imperator constituebat,

flituebat, & vim habebat legis: quodcūq; enim Princeps per epistolam constituit, vel cognoscens decrevit, vel edicto præcepit, legem esse constat, tradit *Conan. lib. 1. juris civilis cap. 16. nu. 1.* (qui ait tales constitutiones cum tyrannide cæpisse) latè *Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 30. nu. 1. 14. 16. 18. & 20. Salas de legib. disp. 2. sect. 8. nu. 42. & seqq. Vasq. disp. 157. cap. 5. num. 38. & seqq. Corras. lib. 6. miscellanor. cap. 8. Duaren. lib. 2. disputationum cap. 19. Govean. lib. 2. variar. cap. 30. Pichard. in §. Sed & quod Principi nu. 1. instit. de jure naturali.*

2 Principes cum consilio procerum, & consiliariorum debent constitutiones condere, ut notat *Abb. in Rubr. de constitut. nu. 2.* & deducitur ex *l. Hamanum C. de legib. licet enim lex ult. C. eodem, videatur repugnare, dum dicit quiddam ad solum Principem spectat; Respondetur auctoritatem pendere à solo Principe, sed de honestate non excludi procerum consilium, ut declarat post *Decian. in Rubr. de constit. in secunda lectura. Decian. d. cap. 30. nu. 6.* unde *Plato 4. de Repub. aiebat, se videre interitum paratum Reipub. in qua non lex Principi, sed Princeps legi præesset.* Refert idem *Decian. nu. 7.**

3 Quoniam verò, & juri dicendo studium, & industriam suam quandoq; navabant Principes, quæ cognoscentes iudicabant, appellabatur decreta, & cognitiones Principum: quibus similiter par erat ac legibus potestas, tradit *Conan. lib. 1. d. cap. 16. nu. 4. Decian. tract. crimin. lib. 2. d. cap. 30. n. 14.* constitutionibus annumerat etiam *Ulpian. Principum dicta, & orationes, quæ non ambiguntur tantum posse, quantum leges ipsæ, cum publicè edantur, tradit idem Conan. nu. 6. cum quo doctè, & curiosè prosequere, Decian. d. cap. 30. nu. 18.* Adde *l. 1. ff. de rebus eorum, ubi fit mentio de oratione Severi, & de oratione Antonini fit mentio in l. Cū hic status ff. de donat. inter virum.*

Hinc etiam infert Marcus Burgensis schedulas, quas Rex noster Hispaniæ, & Lusitaniæ, & alij Reges mittunt ad tribunalia, & cancellaria ad dubiorum declarationem eodem modo vim legis habere, etiam si ex procerum, & Senatorum consilio non manaverint; tradit *Vasq. disp. 157. cap. 5. nu. 45.*

## C A P. Responsa prudentum. V.

### S V M M A R I V M.

- 1 Responsa prudentum quid sint?
- 2 Responsa prudentum an habeant vim legis?
- 3 Quid dicendum de responsionibus Cardinalium?

**I**N textu ibi, Responsa prudentum. Sunt non minima pars nostri juris, prudentum responsa, & auctoritas. Cæterum de responsis, & auctoritate prudentum, vide late per *Conan. lib. 1. jur. civil. cap. 15. nu. 3.* & ex eodem nota quod *Tytus Coruncanus* fuit primus, qui ius civile professus est publice: quem *Cicero* in *Bruto* plurimum ingenio valuisse scribit; *Floruit Coruncanus* circiter annum ab urbe condita 473. *Olymp. 125.* quo anno creatus fuit *Consul*, simul cum *Pub. Valerio*, ut ex *Fastis* legere licet, traditq; *Decian. tract. crim. lib. 2. cap. 31. nu. 2.* Attamen dum *Iustinianus* appellat responsa prudentum. *Instit. de jure naturali, & Papiu. auctoritatem prudentum in l. Ius civile ff. de just. & jure,* non est intelligendū de ea prudentum interpretatione, quæ in foro ex usu civili fiebat, sed de responsis, quæ juris prudentes in scriptis dabant; notavit idem *Decian. nu. 4.*

## In textu ibi, Lites contentionesq; sopirent.

Ergo responsa prudentum vim legis habebant, litibusq; & contentionibus finem imponebant, *Pichard. in §. Responsa prudentum nu. 1. instit. de jure naturali,* quod tamen non sic accipiendum est, ut intelligatur omnia prudentum responsa leges esse; nam in pandectis videmus eos multū contraria sæpe respondisse; à quibus nihil potest *judex* habere certi, quod sequatur: sed ea tantum scripta prudentum juris auctoritatem habebant, quæ Principes probabant, nemini enim licebat de jure consulentibus respondere, nisi quibus ipse Princeps permisisset. Plures autem fuerunt ij, quibus ius publicè respondendi datum fuerat, quos ex professo connumerat *Pomp. in l. 2. §. Iuris civil. scientiam ff. de origin. jur. prosequuntur elegantèr Conan. d. cap. 15. nu. 4. Decian. d. cap. 31. nu. 6. & seqq.*

Vndè dubitatur an responsiones congregationis Cardinalium institutæ ad explicationem *Trid.* vim legis habeant? De qua relatione agit *Roder. tom. 1. regular. q. 11. art. 6.* ubi ex alijs docet has declarationes non habere vim legis, non enim sunt solemniter promulgatæ, nec habent rationem sententiæ definitivæ; si enim *Pontifex* vellet esse leges, vellet ut typis mandarentur, & per totum orbem publicarentur; scimus namq; id nunquam permisisse, sequitur *Salas de legib. disp. 2. sect. 9. à nu. 50.* quod tamen limitat *Roder.* nisi dictæ declarationes authentico sigillo habeantur, de quo tamen dubitat idem *Salas nu. 53.* At idem *Salas disput. 21. sect. 12. vers. Tertio colligitur,* pœnitentia ductus, apertè docet declarationes dictæ congregationis non ut probabiles, & doctrinales, sed ut auctoritativas, & necessarias esse habendas, habereq; vim obligandi in utroq; foro, quod nititur probare ex *bullâ Sixti, 5. quæ incipit. Immensa*

mensa anno 1588. quam sententiam etiam docuit Garcia de benefic. in præfat. post principium. Zerola in praxi Episcopali p. 1. verbo, *Authoritas*, in fine.

C A P. Quædam etiam leges.

VI.

S V M M A R I V M.

- 1 *Leges seculares an obligent in foro ecclesiastico?*
- 2 *Leges Romanorum.*
- 3 *Alciatus Gratianum reprehendit.*
- 4 *Suffecti Consules, qui dicebantur.*
- 5 *Papia lex, qualis?*
- 6 *Quando quis excusetur à tutellis?*

**I**N textu. Cum hîc nominentur nonnullæ leges seculares, iam dubitatur, an tales leges obtineant in foro ecclesiastico, & in illo vim habeant obligandi, cum videantur ab ipso jure approbatæ? De quo Felin. in cap. 2. de rescriptis nu. 39. ubi in specie agit de legibus contentis in volumine Decreti, de quo etiam Abb. in d. cap. 2. nu. 9. in fine. idem Abb. in cap. Super eo, in primo nu. 4. de testibus. ubi Felin. nu. 3. qui allegat ad hoc Glossam notabilem in cap. 1. verbo tractatus, post med. de rebus Ecclesiæ non alienand. Maranta de ordine judic. 3. p. nu. 38. Gutierr. lib. 1. canonic. quest. cap. 21. ex n. 32.

2 De omnibus legibus Romanorum, vide Brisson. de verborum significat. lib. 10. verbo, *Lex vers. Verum.* Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 25. & de legibus Græcorum vide eundem cap. 24.

3 **Ibi, Sub Octaviano.** Alciat. lib. 3. disp. cap. 3. pungit Gratianum in præsentem scribentem legem Popæam fuisse latam sub Octaviano Augusto, sed illum defendit Covar. de sponsalib. 2. p. cap. 8. in principio nu. 4.

4 **Ibi, Suffecti Consules.** Illi dicebatur, qui pro alijs substituebantur, ut ex Isidoro, Suetonio, & Lampridio tradit Brisson. de verborum significat. lib. 17. verbo *Suffectus Consul.* Alciat. lib. 3. disp. cap. 3. sic etiam appellabatur, qui in demortui Consulis locum sufficiebatur l. 2. §. *Post hunc vers. Uabeo ff. origin. juris,* & collige, quod eandem potestatem habet substitutus in officio, sicut ille, qui à principio anni fuit electus, & facit textus in l. *Parabolani C. Episcop. & Cleric.* ubi Bald. nu. 1. ait, quod qui à principio officij ex defectu alicuius qualitatibus non potest esse officialis, non poterit esse substitutus eiusdem.

Ibi, Papia, & Popæa. De lege Papia, & Popæa

à Papiano primùm rogata, postea à Papæo Sabino sub Augusto emendata, aucta, & ab eodem lata, ideoque nonnunquam Iulia appellata, vide latè Conan. lib. 8. jur. civil. cap. 1. à nu. 5. latius Covar. de spons. 2. p. cap. 7. §. 8. nu. 2. & 3. Lypsius in cōment. ad 3. Annal. Cornelij Taciti fol. 136. Latam dicit à Senatu, Papio Mutilo, & Q. Poppæo cōsulibus, à quibus nomen accepit, enumerat nonnulla eius capita, quæ ipse apud eundem vide. Lata Papia lex anno Urbis 762.

**In Glossa.** Agit Glossa quando aliquis excusetur à tutellis, de quo vide Ferdinand. Pæz. de excusandis parentibus nu. 6. 18. 20. & 31. & munera multa, à quibus liberorum numerus nullus excuset. Vide per eundem nu. 30. Item Barbosam ad Ordinam. Lusit. lib. 4. tit. 104. per totum, ubi cum multis.

C A P. Satyra. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Multa de lege Satyra.*
- 2 *Lex una, de pluribus disponit.*
- 3 *Brissonius nostra Glossa meminit.*

**I**N textu ibi, Satyra. De hac lege Satyra meminit Sallustius in Iugurtha, pro ut refert Ioann. Britanicus in præfat. ad Iuvenalem, & Ioan. Baptistam in præfat. ad Persium. Veteres scriptores existimarunt, ideo Satyram dictam, quia Satyra genus est lancis, quæ referta multis, varijsque primitijs in sacrificijs Cereris offerebatur, & à copia, seu saturitate rei Satyra vocabatur, cuius generis lancis meminit Virgil. ut per eundem supra citatis locis, quibus adde Badium Ascensium in præambulis ad Persium, qui refert Varronem existimantem Satyram dictam à quodam farciminis genere, quod multis rebus referebatur, notat Perottus in cornucopia fol. 500. n. 70. latius Ant. August. de legibus, & Senatusconsultis fol. mibi 185. ubi textum allegat, & explicat, & vide in Proæmio Digestorum vers. Et primò, ubi Glossa litera M, & Glossa Marginalis: & de Satyra Marci Varronis, quæ inscribitur testamentum; vide Conan. lib. 9. jur. civil. cap. 10. nu. 5. ad med. Lypsius variar. lib. 1. cap. 9. & cap. 17. & huius Satyræ legis meminit Lucilius Poeta dum ait, *Per Satyram adilem factum,* qui legibus ulnat, quem refert Christophorus Landin. in præfat. sermonum ad Horatium; ubi nonnulla; contulendus etiam Dionysius Lambinus in Horat. lib. 1. Satyra 1.

Ibi,

## Ibi, De pluribus loquitur.

Collige ex textu, unam legem posse de pluribus rebus simul disponere, ut notavit *Præpositus in præfenti nu. 1. in principio. Lilius Gregorius, Gyraldus de historia poetarum Dialogo 6.*

## In Glossa, Vnica.

Vide circa illam *Brisoniura de verborum significat. lib. 16. verbo Saturæ. Quidam enim inepte saturam per, V, legendum putant, atq; à verbo Saturæ deducunt, quia convitia, & crimina hominum liberè invadat, ut saturi homines, idest ebrii, vide *Lilium Gregorium de historia poetarum dicto Dialogo 6. post principium vers. Et Salustius. Petronius Arbitrator opusculum suum quo Neronis, & aliorum procerum flagitia horrenda, non minore flagitio publicavit, Satyricon potius, quam Satyræ inscribere maluit.**

## CAP. Rhodiæ. VIII,

## S V M M A R I V M.

- 1 *Leges nomen assumunt ex loco ubi sunt condite.*
- 2 *Patientibus naufragium non possunt bona auferri.*
- 3 *An qui ea auferunt sint excōmunicati?*

**C**ollige ex textu, quod leges multoties nomen assumunt ex eo loco ubi sunt condite. Rhodos enim Insula est in mari Licio posita, cognominata à Rhodo Neptuni filia ex sorore. Licia autem pars est Asiæ, eius meminit *Juvenalis Satyra 8. ubi imbelles Rhodios appellat, ex eo quod luxuria, & delicijs affuebant, ut vult *Ioannes Britanicus, ibi in comment. & Satyra 6. In hac Insula fuit admirandæ magnitudinis Collossus, & de illa facit mentionem *Ortelius in theatro orbis charta 70.***

## In principio Glossæ.

Dicit Glossa ex sententia *Modestini patientibus naufragium omnia bona posse auferri, sed contrarium disponit *l. Cum levanda 8. ff. ad l. Rhodiam, quæ dicit bona iactata non haberi pro derelicto, & ita in quem locum iacta fuerint, posse requiri, nisi ex modo iactas aliud præsumatur, iuxta *l. Falsis 44. §. Si iacta ff. de furtis, & est videndus text. in *Authent. navigia. C. de furtis. Menoch. de arbitrar. casu 297.****

## In eadem Glossa ibi, Excōmunicati ipso jure.

Circa hanc excōmunicationē, quæ hodie continetur in bulla Cœnæ, vide *Navarr. in Manual cap. 27. nu. 118. Grassis in aureis decis. p. 1. lib. 4. cap. 18. à nu. 70. Vivald. in Candelabro part. 2. in*

*explicatione Bullæ à nu. 27. latè Suar. tom. 5. de censuris disput. 21. sect. 2. à nu. 26.*

## DISTINCTIO III.

## CAP. Canon. I.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Constitutio ecclesiastica dicitur, aliquando Canon.*
- 2 *Canon idem est, quod regula.*
- 3 *Ludovicus Vives reprehenditur.*
- 4 *Variant quandoq; Canonistæ à Theologis, & Legistis.*

**I**N Glossa summæ, verbo, Omnes, ibi, Canon dicitur. Tenet Glossa

omnem ecclesiasticam constitutionem posse appellari Canonem, sequitur *Abb. in cap. 1. notab. 1. de sententia, & re jud. post illum *Felin. in cap. 1. nu. 1. de constitutionibus, ubi idem *Abb. n. 1.***

In textu. Docet *Isidorus, quod Canon idem est, quod regula, sic dicta, quia ducit hominem ad rectè, regulatèq; vivendum, de quo *Abb. in cap. 1. nu. 1. de constitutionibus. Azor inst. moral. p. 3. lib. 1. cap. 6. Salas de legib. disp. 1. sect. 5. nu. 17. post med. *Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 18. nu. 1. & ante illos *Turrecremat. in Proœmio Decreti nu. 2.****

Vnde *Ludovicus Vives lib. 3. de civitate Dei cap. 15. videtur incusare canonicos Regulares nominis ambitiosi; quasi bis hoc nomine vocari gaudeant, ne putentur semel Regulares, cum canonici, & Regulares idem significant, iuxta nostrum textum. Ab hac tamen nota canonici Regulares omnino liberi sunt; cū ius Pontificium hoc nomen illis indixerit, ut patet *tit. de statu monachorum, & canonicorum Regularium, cap. Quod Dei timorem. cap. In singulis, vers. Hoc ipsum eodem tit. tradunt *Covarr. in Clem. Si furiosus. 1. part. in initio nu. 1. Azor lib. 12. inst. moral. cap. 22. vers. Secundò queritur.***

Ius Canonici cum à Canone dicitur: variant autem quandoq; Canonistæ à Theologis, & in quibus illis præferantur, & è contra, sunt videndi *Alexand. lib. 2. cons. 1 nu. 10. Dec. cons. 432. nu. 19. post alios *Decian. d. lib. 2. cap. 18. ex num. 5. Rursus de Canonici juris differentia à jure civili, circa delicta, vide eundem *Decian. cap. 19. insuper de differentia circa pœnas delictorum, vide cap. 20. atq; quomodo differant circa ordinem, & modum procedendi, vide cap. 21.***

Tandem

Tandem quomodo differant circa jurisdictionem, sententiam, appellationem iudicum, & delictorum extinctionem? Vide *cap. 22. Planè de jure Canonico vide Reginald. in praxi lib. 13. cap. 20. nu. 200. & seqq.*

CAP. Regula. II.

SUMMARIUM.

- 1 Regula ex eo dicta, quod regit.
- 2 Regula ordinat partes ad totum.
- 3 Concilium Provinciale à quibus congregetur?

**I**N textu. Collige ex illo; regulam ex eo dictam, vel quod regat, vel quod rectè vivendi normam præbeat; prosequitur latè *Turrecremat. in proemio Decreti nu. 3.*

2 **Ibi, Aliquem trahit.** Ergo officium regulæ est ordinare partes ad totum, ut ex nostro textu notavit *Roder. tom. 1. regularium q. 66. art. 2. vers. Quarta regula est.* & cum inducit ad questionem: utrum lex civilis, quæ non derogat libertatem ecclesiasticam, liget clericos, & monachos, quoad vim coactivam? & affirmativè resolvit.

3 **In §. Porro, ibi, Alij.** Eum citat *Navar. conf. 8. nu. 1. de verbor. significat. edit. 2. ad hoc, quod Concilium Provinciale potest congregari à Pontifice, Patriarcha (qui superior esset) Archiepiscopo, & Metropolitanano, prosequitur Suar. de legib. lib. 4. cap. 6. nu. 8. de quo videbis, quæ latè dicemus infra dist. 18.*

CAP. Privilegia. III.

SUMMARIUM.

- 1 Privilegij definitio.
- 2 Aliud reale, aliud personale, & quomodo dignoscantur perpetuum, & temporale?
- 3 Quomodo privilegia amittantur, & an sint favorabilia?
- 4 Privilegium in privatū fertur, & quomodo extendatur?
- 5 Repudia an lege veteri permissa sint, itaquam licita?
- 6 Privatus homo duobus modis dicitur.

**I**N textu ibi, Privilegia. Privilegium definiiri potest, ut sit privata lex aliquid speciale concedens, notant *D.D. in Rubr. de privileg. Sumista verbo, privilegium, tradit latè Suar. lib. 8. de legib. cap. 1. nu. 3. Panor. in cap. Abbate nu. 6. de verbor. significat. qui uterq; nostrum textum referunt Roderic. de regularib. tom. 1. q. 7. art. 1. Azor instit. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 22. & Salas de legib. disp. 1. sect. 7. nu. 43. & sect. 8. nu. 48. post principium. & disp. 17. sect. 1. nu. 2. Reginald. in praxi fori penitentialis lib. 13. cap. 22. nu. 231. & deducitur ex Isidoro in præsentia, unde constat de ratione privilegij esse, ut concedat aliquid speciale, quia aliàs esset inutile, *cap. In his, de privilegij. cap. Abbate de verbor. significat. tradit idem Suar. ubi proximè nu. 4. Quod an semper sit verum? Vide per eundem dicto lib. 8. cap. 22. Salas ubi proximè nu. 6.**

Dividitur autem privilegium in reale, & personale, reale dicitur, quod conceditur directe alicui rei, muneri, vel conditioni à persona distinctæ. Personale verò, quod immediate fertur in personam ratione sui, ut est textus in *cap. Mandata, de presumpt. l. Privilegia 157. ff. de regul. juris, l. Forma §. Quaquam ff. de censibus. tradit Salas de legib. disp. 17. sect. 2. nu. 9. & seqq. Azor tom. 1. instit. moral. lib. 5. cap. 22. q. 2. latè Suar. de legib. lib. 8. cap. 3. à nu. 1. Quomodo autem dignoscatur, an privilegium adhæreat personæ, vel rei? Vide per eundem *nu. 4. & seqq. Barbof. in l. Quia tale ff. solut. matrimon. nu. 4. Rursum dividitur privilegium in perpetuum, & temporale; primum est, quod sine limitatione temporis conceditur; secundum, quod lapsu temporis finitur, pro ut per exempla explicant *Salas d. sect. 2. nu. 13. & seqq. Suar. d. lib. 8. cap. 5. ubi cap. 6. de quatuor alijs privilegiorū divisionibus, de quibus etiam Salas nu. 19. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 22. nu. 233. & seqq.***

Quot modis privilegium irritum reddatur? Vide posita ad *Glossam in principio 25. q. 2. ubi etiam agemus quomodo privilegia amittuntur, & revocantur, interim vide Azor d. cap. 22. vers. Sexto quaritur, & seqq. Salas sect. 13. d. disp. 17. Suar. d. lib. 8. cap. 33. & seqq. Vtrum autem privilegium sit res odiosa, vel favorabilis? Vide *Azor cap. 23. q. 2. Salas sect. 6. Suar. cap. 27. qui etiam latè agunt, quisnam potest privilegium interpretari, & an strictè, aut ample interpretandum sit? De quo etiam *Abb. in cap. Cum causam nu. 7. de rescript. & in cap. Cum venissent. nu. 1. & 3.***

**Ibi, Privato.** Ergo de ratione privilegij est, quod in privatū fertur, docet post alios *Mench. 1. remedio recuperande nu. 24. qui nostri textus meminit, non tamen semper est favor solū privatæ personæ, cū sæpe sit favor cōmunitatis, ut advertit*

Glossa 1. in presenti, sequitur Salas d. disp. 17. sect. 1. nu. 2. vers. Ita ergo. Suar. d. lib. 8. cap. 1. nu. 3. Privilegium fori, vel immunitatis concessum dominis, an, & quando comprehendat, vel extendatur ad eorum servos, famulos, colonos, & similes? Vide latissimè per Menoch. de arbitr. centur. 6. casu 562.

5 In §. Officium, ibi, Libellum repudij. Docet Gratianus, quòd repudia iudæis fuerunt permittita, non tanquàm licita, sed tanquam minus mala, ut etiam tuetur Sot. in 4. dist. 33. q. 2. art. 2. conclusione 2. qui alios refert Castr. de lege pœnali cap. 11. in 3. principali argumento. Tiraq. l. 9. connubiali Glossa 1. nu. 5. & de retract. in prefat. num. 59. (ubi minus cautè loquitur) Covar. in 4. Decretal. cap. 7. §. 4. nu. 4. Navarr. lib. 3. consilior. in 2. edit. cons. 3. in fin. de conversione conjugatorum, Petrus Gregor. syntagm. jur. p. 8. lib. 9. cap. 16. nu. 1. & p. 3. lib. 22. cap. 3. nu. 22. plures refert Sanchez 3. tom. de matrim. lib. 10. disp. 1. nu. 5. & est opinio probabilis. Probabilior tamen apparet contraria, quam tenet D. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 10. §. 3. Abulens. in Mattheum cap. 19. q. 46. & q. 51. Ledesma 2. 4. q. 69. art. 7. dubio 1. Veracruz in specul. coniug. 2. p. art. 10. conclus. 1. & 2. Petrus Sot. sect. 13. de marr. difficult. 2. Petrus Ledesma de matrim. q. 68. art. 1. conclus. 1. & 2. Bellarmin. lib. 1. de matrim. cap. 17. in solut. ad 14. objectionem, dicit fortè ita esse Henric. lib. 11. de matrim. cap. 10. num. 13. sequitur aliàs Sanchez ubi supra nu. 7. quibus adde Suar. de legib. lib. 9. cap. 4. nu. 9. & 10.

6 In Glossa verbo, Privatorum. Privati duobus modis dicuntur; Primò ij, qui non sunt in aliqua dignitate, seu magistratu, ut probat illud Tullij Philippi. 9. Sape magno usui Reipub. Servius Sulpitius, & privatus, & in magistratibus fuit. Secundò, qui non sunt ex numero eorum, quos privilegiatos dicimus, in quo sensu accipitur à Glossa in presenti, ut ex illa colligit Tiraq. de nobilitate cap. 8. nu. 11.

## C A P. Omnis autem. IV.

### S Y M M A R I V M.

- 1 Officium legis quadruplex.
- 2 Multa à legibus permittuntur.
- 3 Multa vetantur.
- 4 Multa puniuntur.
- 5 Pœna capitalis an sit pœna mortis?
- 6 Lex precipit multa.
- 7 Isidorus corrigitur.

**I**N textu. Agit Gratianus de officio legis, quod ex Isidoro quadruplex esse affirmat; *permittere, vetare, punire, & precipere*, quam divisionem tradit etiam Iurisconsultus in l. Legis virtus ff. de legib. Est ergo hæc divisio satis apta ad explicandos legis effectus. Suar. de legib. lib. 1. cap. 15. nu. 2. & 9. Salas de legib. disp. 3. sect. 3. Non tamen omnes istos effectus covenire singulis legibus, tradit idem Suar. d. lib. 1. cap. 16. nu. 2. Vtrum dentur aliqui effectus præter istos quatuor? Vide eundem Suar. cap. 17. Salas sect. 6. disp. 3. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 2.

**I**bi, Permittit. Multa à legibus, vel Canonibus permittuntur, quæ licet impunè fiant, non tamen carent vitio, & dedecore, quia non omne illicitum punitur, sed id tantum, quod statuit lex esse delictum. L. militis C. de religiof. & sumpt. funer. l. 3. §. Non perpetuo vers. Divus, ff. de sepulc. violato. Vnde licet viro permittatur occidere uxorem in adulterio deprehensam: ut permittit lex Lusitana lib. 5. Ordin. tit. 38. ibi. a poderà matar, de qua lege videbis, quæ colligit Barbosa ibi, à n. 1. usque ad nu. 7. Si tamen faciat, non excusatur à peccato, ut est cõmunis opinio, de qua latè Tiraq. de legib. cõnub. l. 9. Glossa 1. nu. 4. Permissio autem de qua noster textus agit, non est permissio facti, quia talis non est effectus legis, sed permissio juris, quæ regulariter attribui solet malis actibus, & de illis maximè intelligitur; elegantè Suar. d. lib. 1. cap. 15. nu. 5. usq. ad nu. 12. & cap. 16. nu. 4. usq. ad nu. 8. Salas d. disput. 3. sect. 4. nu. 15. Vasq. l. 2. q. 92. art. 2. nu. 9.

**I**bi, Aut vetat. Hic est alius effectus legis, cuius proprium est vitia vetare, ne iustitia civium violetur, incolumitati, & communi Reipub. saluti prospicientis, ut ex Demosthen. tradit Azor tom. 1. instit. moral. lib. 5. cap. 5. vers. Tertio queritur: de quo effectu vide etiam Suar. d. cap. 15. nu. 2. & seqq. Salas d. disp. 3. sect. 3. Vasq. d. q. 92. art. 2. nu. 9. in fine.

**I**bi, Autem punit. Punire est proprius actus, & effectus legis, ut post D. Thom. Medin. & alios tradit Salas d. sect. 4. nu. 17. & sect. 5. num. 20. in fine. Azor d. lib. 5. cap. 5. vers. Quarto queritur, & seqq. Vasq. d. q. 92. art. 2. nu. 10. Suar. d. cap. 15. nu. 13. & 14. qui rectè declarat quomodo punitio sit effectus legis.

**I**bi, Capite plectatur. Notat Albert. de agnoscendis, q. 25. nu. 30. quòd si pro aliquo delicto imponitur pœna capitalis, non intelligitur de pœna mortis, sed de minori; nec mortis appellatione simpliciter prolata per modum impositionis pœnæ, intelligitur de morte corporali jure Canonico, sed de morte spirituali, textus est in cap. Per

Per venerabilem, circa finem, qui filij sint legitimi, ibi, Mori præcipitur, ut ibi notat Abb. num. 21. dicens menti tenendum, quia alibi non probatur. At de pœna homicidij, vide eundem Albert. ubi supra nu. 39. Barbof. cum multis, ad Ordinat. Lusit. lib. 5. tit. 35. nu. 13. latè Covar. lib. 2. resolut. cap. 9. nu. 2. ubi etiam agit, an possit julle puniri pœna tantum pecuniaria?

6 **Ibi, Præcipit.** Hunc legis effectum defendit D. Thom. 1. 2. q. 92. ar. 2. eumq; ratione declarat, quia actus humani aliquando sunt boni, & illos lex præcipit; Sequuntur Vasq. d. art. 2. nu. 9. Valent. disp. 7. q. 2. punct. 2. Azor. cap. 5. lib. 1. vers. Quinto queritur. Salas d. disp. 3. sect. 3. nu. 3. Suar. d. cap. 15. na. 2. & 3. quidquid alij argumententur. Vnde lex Julia de adulterijs præcipit accusantem, accusatum, & advocatos, esse præsentem, quâdo servi torquentur in causa adulterij, notat Azor ubi proxime.

7 **Ibi, Divina.** Hæc verba non sunt Isidori, & particula ista ineptè addita est, & ideo in multis Codicibus non habetur, & sine dubio expungenda est, & legendū tantum, aut præcipit; ut sit quædam additio ad numerationem Isidori; nam lex humana etiam præcipit, advertit Vasq. d. art. 2. nu. 10. Salas d. sect. 3. nu. 12. Suar. d. cap. 15. nu. 2.

DISTINCTIO IV.

CAP. Factæ sunt. I.

S Y M M A R I V M.

- 1 Lex humana habet vim ligandi.
- 2 Vtrum habeat vim ligandi in foro conscientia?
- 3 Vnde dignoscitur legem obligare in conscientia?
- 4 Lex humana an obliget cū vita periculo?

**I**N textu post principium, ibi, Ut earum metu coerceantur.

Ergo lex humana habet vim ligandi; de quo Cened. ad Decretal. collectan. 2. nu. 2. latissime Morla in Emporio juris de legib. q. 7. quod idem est dicendum in lege pœnali, de qua Castr. lib. 1. de lege pœnali cap. 8. D. Thom. 2. 2. q. 108. art. 4. Gomez in cap. 2. nu. 6. de const. lib. 6. Covar. in reg. peccatū 2. p. 8. 5. nu. 4. Sor. de just. lib. 1. q. 6. art. 5. copiose Morla eodem tit. de legib. q. 8. per totum, ubi tres refert opiniones, & earum fundamenta. Adde Valent. tom. 2. disp. 7. q. 4. punct. 6. §. 1. & quo-

modo hæc obligatio ex legislatoris mente colligatur? Vide ibidem §. 2. & 3. latè de utraq; quest. Salas de legib. disp. 15. sect. 1. latissime Suar. de legib. lib. 5. cap. 3. nu. 2. & seqq.

Sed dubitatur an habeat vim obligandi in 2 conscientia foro? Et partem negativam videtur habere Gerson. tract. de vita spirituali part. 3. lect. 4. Alphab. 62. Almainus de potestate Ecclesie cap. 12. in fine, & in eam inclinant Imola in cap. 2. nu. 3. de maiorit. & obedient. Decius in cap. Nam concupiscentiam de constit. circa finem lectionis primæ. Rationem afferunt, quia nullus legislator potest lege sua ad eam pœnam obligare, quam ipse non potest infligere in suo tribunali, argum. l. ult. ff. officio eius, cui mandata est jurisdictio. Sed hæc opinio absurda est, & omninò tenendum leges humanas, & civiles, habere efficaciam obligandi in conscientia, ut docent Antonin. p. 1. tit. 18. cap. Vnic. §. 2. Sor. lib. 1. de just. q. 6. art. 4. ad 8. Bellarm. tom. 2. lib. 3. de laicis cap. 11. Covar. in reg. peccatū, p. 2. §. 3. Navar. in summ. cap. 23. nu. 54. Valent. tom. 2. disp. 7. q. 4. punct. 6. §. 1. alios refert Vasq. 1. 2. disp. 152. cap. 2. & disp. 158. cap. 2. plures Suar. lib. 3. de legib. cap. 21. nu. 5. qui latissime disputat. Adde posita ad cap. Quis autem nu. 1. infra dist. 10. Quod idem regulariter dicendum est, in lege pœnali, ut est cōmunis Theologorum, & Canonistarum, teste Suar. lib. 5. cap. 3. nu. 6. quidquid repugnet Navar. in cap. Fratervitas 13. q. 1. n. 22. & in Man. cap. 22. nu. 55. licet aliquando dentur leges pœnales non obligantes in conscientia, sed tantum sub pœna, de quibus vide eundem Suar. d. lib. 5. cap. 4. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 24. 25. & 26.

Vnde tamen dignosci possit legem aliquam 3 obligare in conscientia. Sunt consulendi Caiet. 2. 2. q. 186. art. 9. Vasq. d. disp. 158. cap. 3. Suar. d. lib. 3. cap. 26. qui bene docent, quando leges pœnam mortis, vel aliquam gravem imponunt transgressoribus, materiam illius legem esse gravem, & de se sufficientem ad peccatū mortale; insuper quâdo lex utitur verbo, præcipimus, vel æquivalenti, per textum in Clem. Exivi, de verbor. significai. cap. Exijt, eodem tit. in 6. Notabis etiam obligationem ad culpam mortalem, non ex solis verbis legis, sed ex materia gravitate expendi debere; notat eleganter Vasq. ubi proxime cap. 4. Suar. cap. 25. & an solum sufficiat ad gravitatis materiam intentio legislatoris? Vide eundem cap. 27. Reginald. d. cap. 26. per totum.

Dubitatur insuper an lex humana obliget cū 4 vitæ discrimine? Prima est sententia, affirmas, non posse obligare cum periculo vitæ. Almain. in moralib. tract. 1. cap. 3. proposit. 4. & eam videtur approbare Sylvest. verbo metus, q. 7. rationem afferunt, quia dare vitam propter opus per se non necessarium ad salutem, est opus difficillimum: lex autem humana non potest ad difficillima obligare. Secunda opinio est, legem humanam

manam in universum obligare, non obstante quocumque periculo mortis, tenet Caiet. 1.2. q. 96. art. 4. & 2.2. q. 125. art. 3. sentiunt Adrian. in 4. q. 3. de clavib. Henric. tract. de Synodo post 3. partem art. 1. nu. 271. Citat alios Azor tom. 1. instit. moral. lib. 1. cap. 11. q. 1. pro quibus est text in cap. Sicut satius 31. q. 4. ubi Augustin. dicit. Satius est fame mori, quam idolothytis vesci. Tertia, & vera opinio est, præceptū humanum obligare posse cum periculo vitæ, sed regulariter leges humanas hoc non intendere, nec obligare cum tanto periculo. Sot. lib. 1. de just. q. 6. art. 4. Covar. alios referens in cap. Alma p. 1. §. 3. nu. 9. vers. Tertio solet. Sanch. tom. 2. de matrimon. lib. 7. disp. 5. nu. 3. & 4. Vasq. 1.2. disp. 161. cap. 1. & seqq. Salas de legib. disp. 11. sect. 1. Suar. tom. 5. disp. 4. sect. 13. nu. 12. latè de legib. lib. 3. cap. 30. ubi ad argumenta in contrarium adducta fit satis.

## C A P. Erit autem. II.

### S V M M A R I V M.

- 1 Qualitates legis quales sint?
- 2 Prima conditio, ut sit honesta.
- 3 Secunda conditio, ut sit iusta.
- 4 Tertia conditio, ut sit possibilis.
- 5 Quarta conditio, ut conveniat tempori.
- 6 Insuper, ut sit necessaria.
- 7 Sexta conditio, ut sit utilis.
- 8 Septima conditio, ut sit manifesta.
- 9 Ultima conditio, ut sit pro bono cōmuni.
- 10 Privilegiū quomodo distinguatur à lege.

**I**N textu. Agit textus de qualitatibus legis, de quibus sunt videnti D. Thom. 1.2. q. 95. art. 3. Sot. lib. 1. de just. q. 5. art. 3. Castus de lege pœnali lib. 1. cap. 1. col. 3. latè Moila in Emporio juris in principio nu. 42. & 43. Riccius collect. 461. p. 2. Est enim semper effectus legis reddere homines simpliciter, & moraliter bonos, ex Platone, & Aristotele tradit latè Salas de legib. disp. 3. sect. 1. latius Suar. de legib. lib. 1. cap. 13. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 16.

**2 Ibi, Honestā.** Hæc est prima conditio, quam Isidorus desiderat in lege, ut præcipiat rem honestam, vel de se, vel ex fine, ad quem conducit; nam si præciperet rem inhonestam, veluti idololatriam, vel quid simile contra rationem, obligare non potest. Vide Navar. conf. 5. nu. 4. de appellat. edit. 2. elegantèr Vasq. 1.2. disp. 155. cap. 1. nu. 6. Salas de legib. disp. 1. sect. 9. nu. 57. Suar. de legib. lib. 1. cap. 9. nu. 7.

**3 Ibi, Iusta.** Conditio est secunda, ut lex sit iusta, non quia non præ-

cipiat aliquid in damnum alterius (hoc enim satis explicatum est in verbo, honesta,) sed dicitur iusta, quia æque omnes subditos comprehendat, & inter eos servet justitiam per æqualitatem. Tradit Vasq. de legib. d. cap. 1. nu. 7. Duobus modis intelligi potest legem debere esse justam, primò respectu ipsius actus exercendi à subdito, ex vi talis legis. Secundo respectu ipsiusmet legis, obligantis hominem sine injuria: potest enim actus esse justus, & tamen superior injuriam faciet talem actum præcipiendo, ut infra dicemus: verbum ergo (iusta) de quo textus, intelligi debet de priori modo legis justæ, ut intelligit Suar. d. lib. 1. de legib. cap. 9. nu. 2. & vide citatos p. Sot. lib. 1. de just. q. 5. art. 3. col. 2. Emman. Roder. de regular. q. 66. art. 2. col. 2. tom. 1. & q. 11. art. 8. post principium. Salas de legib. disp. 1. sect. 9. nu. 57. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 16. nu. 149.

**Ibi, Possibilis.** Hæc qualitas conjungenda est cum verbis sequentibus. Secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem: ut sit sensus legem debere esse non tantum de re honesta, nec tantum equaliter subditis imponi, sed etiam debere esse possibilem, tum respectu naturæ, tum respectu consuetudinis patriæ: nam si induceretur jejunium in pane solo, & aqua, per totam quadragesimam, videtur impossibile secundum naturam subditorum. Præterea secundum patriæ mores, & consuetudinem, impossibile aliquid judicatur, V.g. si lex juberet, ut æquo honore tractarentur rustici, & nobiles: prosequitur elegantèr Vasq. d. disp. 355. cap. 1. nu. 8. & 9. Salas d. disp. 1. sect. 9. nu. 55. & 56. Suar. d. lib. 1. cap. 9. nu. 2.

**Ibi, loco, & tempori conveniens, & accommodata.** Hæc est quarta legis conditio, licet enim lex sit de re secundum se honesta, æquali, & possibili, potest ratione loci, aut circumstantiæ temporis, reddi impossibilis, & inhonestæ; oportet ergo ut conditiones prædictas habeat ex ratione loci, & temporis, in quo fertur, notat Vasq. d. cap. 1. nu. 9. in fine.

**Ibi, Necessaria.** Hanc conditionem explicavit D. Th. 1.2. q. 94. art. 3. in corpore, ut lex sit ad removendum aliquid malum: nam si in Repub. omnia consisterent, supervacanea videtur, nec erit secundum rationem, si nulla exigente causa feratur, in ò detrimentum orietur ex eius transgressione: cū tamen nullum prorsus sequeretur, si posita non esset: elegantèr Vasq. d. cap. 1. nu. 10.

**Ibi, Utilis.** Hæc est sexta legis conditio, quam D. Thom. d. art. 3. refert ad consequendum bonum, quasi diceret, non sufficere à lege removeri aliquid damnum, nisi aliquid bonum afferatur, si enim lex bonum aliquid non afferret, non esset secundum

eūdum rationem. V.g. Si lex non permetteret meretrices in Repub. & graviter eas puniret; nam licet hęc lex ex se haberet omnes alias cōditiones, cum tamen utilitatem non afferret, sed potius inde graviora sequerentur peccata, non esset talis lex secundum rationem. Optimè *Vasq. d. cap. 1. nu. 11.*

8 **Ibi, Manifesta.** Hęc septima conditio pertinet ad promulgationem legis, de quo videbis posita ad *cap. In istis, infra hac eadem dist. nu. 3. & ad cap. Ultim. infra dist. 18. nu. 2.*

9 **Ibi, privato cōmodo, & ibi, Pro cōmuni civium.** Docet Isidorus ultimam legis conditionem esse, non ad bonum privatum, sed ad bonum cōmune conducere; nam sicut leges cōmunitati imponuntur, ita propter bonum cōmunitatis præcipuè ferri debent; alioquin inordinatæ essent, de qua conditione agit *D. Thom. lib. 3. de regimine principum cap. 11. late Rebus. in proæmio legum Gallicarum 1. tom. art. 1. Glossa 1. nu. 16. Menchac. de success. progressu in præfat. num. 70. & 78. Navarr. in comment. de finib. nu. 28. latissimè Vasq. disp. 151. cap. 2. & 3. Salas plures referens de legib. disp. 1. sect. 7. per totam, Suar. lib. 1. de legib. cap. 7. qui objectionibus faciunt satis. Sumitur etiam hęc conditio ex Platone Dialogo 1. de legib. Aristot. lib. 3. Ethicor. cap. 6. & lib. 4. cap. 1. optimè Quintilian. lib. 2. cap. 4.*

10 **In Glossa ult.** Tenet Glossa verbū, privato, positū esse ad distinguendam legem à privilegio, nam privilegium privatum bonum non cōmune respicit: quam interpretationem improbat *Castrus de lege pænali lib. 1. ea ratione, quia si princeps lege à se data pro sui utilitate subditos ad tributum persolvendum obligaret, non diceretur tam legem tulisse, quam privilegium, quod est absurdum. Sed mentem glosatoris non videtur affecutus; nam cum dicit Glossa privilegium differre à lege, quod lex respicit cōmunem utilitatem, privilegium autem privatum bonū, nō intellexit illud, quod in detrimentum caderet cōmunitatis: hoc enim quis unquam privilegiū appellavit? sed per privatum privilegium intellexit utilitatem unius, aut alterius tantum.*

**C A P. In istis. III.**

**S V M M A R I U M.**

- 1 Augustinus quis fuerit?
- 2 De legibus non est iudicandum.
- 3 Promulgatio an sit de ratione legis?
- 4 Lex quando incipiat obligare?

- 5 Lex non approbata, an obliget?
- 6 Lex abrogata, an sit lex?
- 7 Scientia Principis an requiratur, ut cōsuetudo sit introducta?

**I**N superscriptione ibi, Augustinus. Natus est Augustinus Tagaste in Africa honestis parentibus, anno Domini 355. Arbecione, & Hocliano cōsulibus, imperante Constantino, & Pontifice Damaso Idibus Novembris; cum enim diem natalem suum dicit in *lib. De vita beata circa principium*; idemq; decimo septimo ætatis suæ anno, Domini autem 371. litterarum studij causa (ut ipse testatur *confes. lib. 2. cap. 2.*) Carthaginem petijt, quo, & orbatus est patre: decimo verò nono, nempe Christi 373. impegit in Manichæos, quos rethoricam docuit, de quo, & eius vita vide latissimè *Baron. tom. 4. annal. anno Christi 377. nu. 7. & seqq. & anno 383. nu. 40. & anno 384. nu. 26. & seqq. & de eius conversione aũo 385. à nu. 3. vixit Augustinus annos septuagintara sex, obiit anno 433. ut habet Prosper in *Chronicis*, cuius corpus primū in Sardiniam delatū; deinde à Luitprando Longobardorum Rege, magno prætio redemptum Ticinium translātū est, ibiq; honorifice conditum. Adde *Covar. lib. 4. variar. cap. 16. nu. 5. ad med. & posita ad cap. Sancta nu. 15. dist. 15. eius vitā scripsere Possidonius ex ijs, quæ vidit, & audivit ab eodem Augustino, & nostra ætate præter alios Iosephus Paphilicus Episcopus Signinus, & ante illum Ambrosius Coranus, & ipse Baron. tom. 5. annal. anno 395. à nu. 31. & anno 398. à nu. 24. & anno 409. à nu. 15. & anno 418. à nu. 26. Postremus omnium, non eruditione noster Lusitanus, & Portucalensis fr. Lodovicus ab Angelis, instituto Eremita Augustinianus, quem cælum ipsius religioni non sine omnium desiderio abstulit, anno superiore 1625. cuius laboribus, & diligentia non semel usus sum in historia mea Episcoporum Portucalensium, & utinam possem in Bracharensi, quam paro.**

**In textu.** Docet Augustinus non esse de legibus iudicandum, sed secundum ipsas iudicandum, de quo vide latè *Henriq. in summ. lib. 13. cap. 17. nu. 6. littera F. Navarr. in Rubr. de judicijs nu. 71. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 2.*

**In §. Leges, ibi, Promulgātur.** Ergo promulgatio est de ratione legis *D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 4. & ibi Vasq. nu. 25. Navarr. conf. 21. nu. 2. de privilegijs edit. 2. latissimè Azor tom. 1. inslit. moral. lib. 5. cap. 3. Salas de legib. sect. 1. disp. 12. optimè Suar. lib. 3. de legib. cap. 16. Puteus decis. 281. p. 1. Riccius collectaneo 461. ad fin. Non est tamen determinata certa solemnitas, vel promulga-*

mulgatio publica, sed hæc ex ipso jure, vel ex recepta consuetudine, aut ex voluntate expressa legislatoris determinanda est, advertit *Suar. ubi proxime nu. 4.* Vtrum legis promulgatio in curia Principis sufficiat ad omnes subditos obligandos? Vide eundem *Suar. cap. 17. Salas disp. 12. sect. 2. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 16. nu. 151.*

4 De tempore autem, in quo lex incipiat obligare subditos, vide late *Suar. d. lib. 3. cap. 18. Salas d. disp. 12. sect. 3.* & posita ad *cap. Vlt. nu. 2. infra dist. 18. Reginald. ubi proxime nu. 152.*

5 Ibi, Approbantur. Ergo lex quæ non approbatur non ligat, nec habet vires, ut per hunc textum tradit *Navarr. cons. 18. nu. 1. de statu monachorum edit. 2. & in Manual. cap. 23. nu. 41. Emman. Roder. de regul. tom. 2. q. 99. art. 7. §. Nota. Castro de lege pænali lib. 1. cap. 1. col. 2. Abb. in cap. Fin. nu. 13. de consuetudine. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 4. Natta cons. 628. nu. 13. & 14. vol. 3. juvat illud *Aristot. 2. polit. cap. 6. dicentis Lex nullam vim habet, ut illi pareatur, nisi ex more. Covarr. 2. variar. cap. 16. nu. 6. latissime Salas de legib. disp. 17. sect. 1. & sect. 2.* Hæc tamen conditio non est de ratione legis, nam lex vim habet obligandi, si autem pendeat ex acceptione subditorum, iam illos non obligaret, si ergo aliquando requiritur populi acceptatio, est de benignitate legislatoris, qui non vult uti sua absoluta potestate, advertit *Suar. lib. 1. de legib. cap. 12. nu. 7. & vide posita ad cap. Deniq. nu. 8. infra hac eadem dist.**

6 Ibi, Abrogata. Ergo lex obrogata non est lex, tenet *Glossa 2. communiter recepta in cap. 2. de constit. & adde legem abrogatam adeo nullam esse, ut eam allegans, pœnam falsi incurrat, ut post *Bart. & alios tradit *Dec. in cap. 1. de const. nu. 11. lectur. 1. & vide addit. ad Abb. in cap. Novit nu. 23. de judic. An lex extendatur ad præterita? Vide posita ad cap. Ex antiquis 9. nu. 6. & seqq. infra dist. 54.***

7 In Gloss. verbo, Abrogatę in fin. Vult *Glossa* quod non requiratur scientia Papę, aut Principis, ut consuetudo introducatur cuius contrarium voluit *Glossa* verbo, Consuetudinem, ad fin. in cap. Frustra dist. 8. ubi vide posita n. 4

## C A P. Statuimus. IV.

### S V M M A R I V M.

- 1 Telesphorus quis fuerit?
- 2 Pontifex, appellatur Episcopus Romę.
- 3 Discreta debet esse clericorum, & laicorum vita.
- 4 Jejunij quinquagesimę origo, & institutio.

5 Aliquid fieri continuo quando dicatur?

6 Consuetudo an possit tollere jejunium?

**I**n superscriptione ibi, Telesphorus. De quo vide posita in *cap. seq. nu. 4.*

In eadem subscriptione ibi, Episcopus Romę. Nota quod Pontifex appellatur Episcopus Romę, & nomina omnia quę Romano Pontifici tribui solent, vide late per *Bellarmin. tom. 1. lib. 2. de Romano Pontifice nu. 31.* quę sunt quindecim scilicet Papa, Pater patrum, Christianorū Pontifex, Summus Sacerdos, Princeps Sacerdotum, Vicarius Christi, Caput corporis Ecclesię, Fundamentum ædificij Ecclesię, Pastor ovilis Domini, Pater, & Dominus omnium fidelium, Rector domus Dei, Custos vineę Dei, Sponsus Ecclesię, Pręsul Apostolicę Sedis, Episcopus universalis.

Ad textum. Notat illum *Alciat. lib. 6. Patergon. cap. 20. post med. ad hoc* quod discreta debet esse clericorum, & laicorum vita: ubi ait hoc jejunium, quod clericis tantum Telesphorus induxit postea Ecclesia ad sæculares produxit.

In eodem. Agit text. de jejunio quinquagesimę circa quod, & quęnam fuerit eius origo, & institutio, vide omnino *Azor 1. tom. instit. moral. lib. 7. cap. 27. in principio, & vers. Secundo queritur.* ubi textum citat, & late, & secure eius materiam prosequitur *Lesium de just. lib. 4. cap. 2. nu. 25. & seqq. Adde Alphons. Chacon. de varia jejunior. observantia statim in principio, & vide Covarr. lib. 4. resol. cap. 20. nu. 6. ad med. Henric. in summa lib. 7. cap. 13. nu. 8. littera D. & F. & ex antiquis Albin. de divinis officijs in cap. de Septuagesima, qui ait, Melchadem Papam postea præcepisse, ut nemo in prima, vel quinta feria jejunaret; in prima propter Dominicam Resurrectionē; in quinta, quia in ea Dominus cœnavit cū discipulis suis, & in ea ascendit in cœlos. Tu consule omnino *Azor ubi proxime vers. Mihi verò similis.* Illud autem vidimus hoc jejunium hebdomadę consuetudine iam sublatum, notarunt idem *Azor cap. 30. in principio, & Glossa 1. in presenti.**

In fine ibi, Die noctuq; Et ita illud dicitur

continuo fieri, quod fit horis competentibus; non est enim sic stricto modo interpretandum, quod textus disponit, ut nec diebus, nec noctibus, non sit ab hymnis, & orationibus cessandum, & hinc si quis dicat, quod vidit aliquando continuo exercere talem, vel talem actum, debet intelligi, quod vidit horis, & temporibus competentibus.

6 In Gloss. i. ibi, Non tenet hodie.

Ergo necessitas jejunandi potest tolli per contrariam consuetudinem, de quo latissime disputat Medina in Cod. de jejunio, cap. de consuetudine legem jejunij dissolvente. Glossa verbo consuetudinem, in cap. 2. de observ. jejun. Sylvest. verbo jejunium q. 2. nu. 7. Rosel. eodem verbo nu. 8. & post Palud. Anton. & alios, late controvertit Azor tom. 1. inst. moral. lib. 7. cap. 3. vers. Primo quaritur.

C A P. Quadragesima. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Ambrosius quis fuerit?
- 1 Doctores qui text. memincent.
- 3 Quadragesima habet sex septimanas.
- 4 Ratio quadragesimalis jejunij triplex est.
- 5 Telesphorus instituit ut in Natali Christi noctu tres missae celebrarentur.

1 I N superscriptione ibi, Ambrosius.

Qui fuit nobilissimus civis Romanus, ex Patre Ambrosio Galliarum olim praefecto natus, eruditione praclarus, eloquentiae studijs egregie excultus, optimisque compositus moribus; quem cum Probus eligeret ad gubernandas Liguriam, Aemiliam, aliasque provincias, hortatus est eum dicens (veluti quodam futurorum vaticinio) *Vade age non ut judex, sed ut Episcopus.* ut tradit Paulin. in vita Sancti Ambrosij. optimè Baron. tom. 4. annal. anno Christi 369. nu. 37. & seqq. Postea Ambrosius creatus fuit Episcopus Mediolanensis, anno Christi 374. de quo, & quomodo electus fuerit, & tentaverit evadere Episcopatum? Vide eundem Baron. anno Christi 374. à nu. 1. 3. & seqq. Covarr. lib. 4. variar. cap. 16. num. 5. post principium. Pro Ecclesia Dei maximis laboribus, curisque perfunctus, multis libris, & egregie conscriptis in morbum incidit, atque animam Deo reddidit, pridie Nonas Aprilis anno post Christum natum 380. Baptista verò Mantuanus Carmelita sexaginta plus minus versibus Ambrosij gesta insigniora breviter, at apposite attigit. Vide posita ad cap. Sancta nu. 14. dist. 15.

- 2 In textu. Vide circa illum optimè Mantua. Dialogor. Denar. classe 15. cap. 31. Azor d. tom. 1. lib. 7. cap. 27. & Chacon. de varia observat. jejuniorum in principio, cum quibus prosequere. Adde Additionem ad Repertorium Inquisit. verbo Quadragesima fol. 663. Medina in Cod. de jejunio, in cap. de institut. jejunij per totum. Covarr. lib. 4. resolut. cap. 20. nu. 4. Henric. in summ. lib. 7.

cap. 13. num. 8. & ibi, Glossa littera A. & B.

Ibi, Sex.

Ergo quadragesima non habet nisi sex hebdomadas; quatuor enim dies, quae primam Dominicam praecedunt, non quadragesima, sed quinquagesima vocatur; unde si statutum dicat, quod committens tale delictum in quadragesima, tali poena puniatur, non includeretur, qui in praedictis quatuor diebus illud committeret. Notavit Praeposit. in praesenti nu. 1.

Ratio autem quadragesimalis jejunij est triplex. Prima, quia virtus Decalogi per libros quatuor sancti Evangelij impletur. Denarius autem quater ductus in quadragenarium surgit. Secunda, quia in hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, per cuius voluntatem praecipis Dominicis contraimus, quae per Decalogum sunt accepta, unde dignum est, ut eandem carnem quater decies affligamus. Tertia, quia ita offerre contendimus Deo decimas dierum, dum enim per trecentos, & sexaginta dies annus ducitur; nos autem per triginta, & sex dies affligimur, qui sunt jejunabiles in sex septimanis quadragesimae, quasi anni nostri decimas Deo damus. Quas rationes ex D. Greg. tradit D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 5. in corp. & ibi ex D. August. quartam addit rationem. Vide eundem in 4. dist. 15. q. 3. art. 3. Unde olim quadragesimale jejunium pro laicis incipiebat feria secunda post eam, quae nunc dicitur prima Dominica quadragesimae. Henric. lib. 7. cap. 13. nu. 8. in fin. Lessius de just. lib. 4. cap. 2. nu. 63. qui uterque nostrum textum referunt.

In text. ibi, Addidit Telesphorus

Fuit Telesphorus natione Graecus, ex patre Anachoreta, creatus Pontifex anno Christi 127 secundum Panvinum in fastis, & Platina de vita Pontificum. Sed Baron. tom. 2. ait creatum fuisse Papam anno Christi 141. & anno 154. §. 2. agit ipse Baron. de hac constitutione, ut septem hebdomadis ante Pascha jejunium observetur, de quo etiam Platina ubi supra. Genebrard. in Chronolog. anno Christi 129. qui fuit annus Romae 881. ut per eundem; de quo etiam Alphons. Chacon. de vitis, & gestis Pontificum in vita ipsius Telesphori, & iterum de varia jejuniorum observantia post principium; & adde ex iisdem authoribus ipsum Telesphorum instituisse, ut in Natali Iesu Christi noctu tres missae celebrarentur. Prima media nocte, cum Christus in Bethlem natus est. Secunda illucescente aurora, quando à pastoribus est adoratus. Tertia in hora diei tertia, qua dies nobis redemptionis illuxit; cum reliquo anni tempore ante horam tertiam celebrare in Ecclesia Romana interdictum tunc esset. Vide cap. Nocte sancta, & ibi posita de consecrat. dist. 1. Suar. 3. tom. disp. 80. art. 2. sect. 4. vers. Tertio inquiri.

## CAP. Denique. VI.

## SYMMARIVM.

- 1 *Vivaldus text. interpretatur.*
- 2 *Ordo Sacerdotalis est dignitas.*
- 3 *Ludi in introitu quadragesimæ, qui sint liciti.*
- 4 *Habens licentiam comedendi carnes in quadragesimæ, an peccet?*
- 5 *Vitium quod non tollitur sine periculo, debet permitti.*
- 6 *Cibi quibus jejnantes uti non debent.*
- 7 *Habens potestatem comedendi ova, an possit comedere lac, & butyrum, & simul uti piscibus?*
- 8 *Lex an obliget, si non sit recepta?*
- 9 *Consiliū non observans, minimè peccat.*
- 10 *Persona privata, que dicantur.*
- 11 *Consuetudo excusat in delictis.*
- 12 *Quod superior permittit, non approbat.*

**I**N textu. Vide *Vivald. in Candelab. 3. p. cap. 15. nu. 18.* ubi ait, quod quanvis in operibus. D. Gregorij non inveniatur epistola, ex qua fuit desumptum hoc cap. sufficit tamen Ecclesiæ autoritas, que iam Canonem istum approbavit, maximè post correctionem, & emendationem factā à Gregor. XIII.

2 **Ibi, Dignitas.** Ergo ordo Sacerdotalis, dignitas est, & honor: imò talis dignitas, quæ maior est omni alio honore seculari; unde non est clericus inter plebeos numerandus, ut probat text. in l. 2. C. ut nemo privatus, multa congerit *Tiraq. de nobilitate cap. 9. nu. 4.* Ut verò altius hanc Sacerdotalem dignitatem demireris, apponam bina testimonia ab ipsis ethnicorū fontibus deducta; apud quos tantus honos, ac reverentia Sacerdotibus exhibebatur, ut ingens esset piaculum, si quis Sacerdotis dignitatem minueret, aut labefacteret. Vnde *Plautus in Rudent. Quis, inquit, est homo tanta confidentia, qui Sacerdotem violare audeat?* & *Ovid. 1. de Ponto, tantam in Deorum etiam Sacerdotibus dignitatem agnoscit, ut illos quasi Deos vocet.*

*Vaticinor, voveoque; locum date sacra ferenti.*

*Non mihi sed magno poscitur ille Deo.*

3 **In vers. De ipsa verò die.** Agitur in presenti de introitu quadragesimæ, quod Lusitani *Entrudo*, Hispani *Antrueso*, Itali *Carnevale* appellant, de quo, & de ludis, & iocis, qui in tali die fiunt, & quando inducant, vel non inducant

peccatum mortale, aut veniale, vide latè per *Vivald. ubi supra cap. 18. Feder. Scotum respons. 25. in principio lib. 3. tom. 2. pro ut illum refert Cened. ad Decretum collectan. 41. nu. 2.*

**In eodem vers. ibi, Non ratio- 4**  
**ni, sed voluptati.** Notat *Guido Pap. decis. III. ad hoc, quod licet Papa alicui permittat comedere carnes in quadragesimæ, nihilominus peccat illas comedens, nec excusatur à pœna licet excusetur à culpa, sed hæc inter se non bene cohærent, & miror virum aliàs doctum, hoc asserere, cum contrariū ab omnibus teneatur, & sit tenendū.*

**In eodem ibi, Relinquēdi sunt. 5**  
Ergo quando aliquod vitium inolevit, nec tolli sine periculo potest, quia eo sublato, subditi ad deteriora prolaberentur, sub quadam dissimulatione debet permitti, facit textus in cap. *Commestationes 44. dist. & in cap. Non potest 23. q. 4. Adde Petr. Ravenas de consuetud. sect. 1. nu. 27. Iacob. de Grassis cons. 12. de panit. & remis. nu. 2.*

**In vers. Par autem, ibi, A lacte, 6**  
**& caseo.** De cibis prohibitis, quibus jejnantes uti non debent, vide latè *Covarr. 4. variat. cap. 20. nu. 15.* ubi textum citat. Adde *Gregor. Lopez. part. 1. tit. 23. l. 4. Glosa penult. post D. Thom. & alios quos citat Vivald. in Candelab. 3. p. nu. 17. Navarr. in Manual. cap. 21. nu. 15. latissimè Azor tom. 1. instit. moral. lib. 7. cap. 10. Henric. in summa lib. 7. cap. 13. num. 8. & ibi Glosa litera F. Lesium de just. lib. 4. cap. 2. num. 8.* ex quibus collige, quod solum in jejunio quadragesimæ lac, butyrum, caseus, ova, & cætera, quæ ex carnibus originem trahunt, prohibentur; unde in alijs jejuniorum diebus, jure cōmuni permittitur usus ovorum, lactis, & similibus, nisi contrarium consuetudo Regni, vel populi observet.

Sed dubitatur, an quibus fuit data potestas, ut in diebus quadragenarijs ova comedant, possint uti caseo, lacte, & butyro? Negant quidam, quia privilegium juri communi derogas strictius exponitur. Contraria opinio mihi probabilior est, nam hæc omnia eiusdem videtur esse rationis, cum ex carne ducant originem; Ita *Medina in instructione confessorior. lib. 1. cap. 14. §. 10. Azor d. lib. 7. cap. 10. vers. Quarto quaritur. ubi vers. Quinto quaritur, affirmat illum cui ex privilegio licet ova comedere, posse simul cum ovis, uti piscibus, ne fastidiat. Vtrum caupo peccet, si die jejunij cenam apponat, aut cibos vetitos? Vide elegantè *Lesium de just. lib. 4. cap. 2. nu. 22. & seqq.**

**In §. Hæc etsi legibus ibi, Vsu 8**  
**approbata.** Ergo nullam lex habet obligationem, nisi usu sit recepta, & ita receptio est de essentia, & observantia legis;

legis; faciunt quæ magno apparatu scribit Felin. in cap. 1. de treugua, & pace à nu. 69. vers. Lex nova, ubi nu. 11. in 2. limitat. testatur receptionem esse faciendam à maiori parte; & ex Dominico, & alijs tradit Navarr. in Manual. cap. 23. nu. 41. & ita semper videtur à legislatoribus lata sub ea tacita conditione, si recipiatur; sin minus neminem ligare intendunt; quo fit ut legi non receptæ etiam Concilij, aut Pontificis, non sit locus, nec in foro conscientiæ; ut per eundem Felin. nu. 7. Exea in cap. 1. de constit. nu. 305. & vide latè Azor tom. 1. instit. moral. lib. 5. cap. 4. Adverte tamen cum eodem Azor, & Felin. nu. 10. non sufficere populum non uti lege, etiam per longum tempus, ut ea dicatur non recepta, si usus illius legis nunquam toto illo tempore occurrat; & vide posita ad cap. Istit. nu. 5. supra hac eadem dist. Non dicitur tamen lex usu recepta, quando probatur, illam fuisse ratificatam à minore parte populi. Verallus in decis. 192. p. 3. quem refert, & sequitur Riccius collect. 461. & usus nõ probatur si constet per paucas vices usum fuisse receptum: idem Verallus in dist. 203. pro ut sequitur Riccius d. loco:

9 Ibi, Exhortando. Notat Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 380. num. 3. ad hoc quòd inobediens consilio non obligatur, atq; ita illud non observando, non peccat; nam consiliũ importat solum exhortationem, quæ tantum liberam voluntatem excitat.

10 In Glossa 1. in fin. Tenet Glossa illas personas esse privatas, quæ non habent dignitatem, sequitur Tiraq. de nobilitate cap. 8. nu. 3. & num. 10. quem in ornatum vide.

11 In Glossa verbo, Cõsuetudine. Docet Glossa consuetudinem excusare in delictis; cõmendat Rom. sing. 19. & Cremensis sing. 149. ubi infert ad morem puerorum, quando ludunt lapidibus, si fortè unus interficiat alium cum lapide. quod non debet puniri pœna mortis, & ait de facto hoc contigisse. Vide latissimè Covar. 2. p. de spons. cap. 7. §. 3. nu. 5. ubi quod etiam consuetudo prava possit excusare in foro conscientiæ. Adde Navarr. in cap. 1. §. Tanto, nu. 7. de pœnit. dist. 5. & vide Glossam similem in cap. Cum venerabilis, verbo Migrasse de consuetudine. Abb. ibidem nu. 5. Tiraq. de pœnis cap. 42. à princip.

12 In Glossa verbo, Venia, ibi, Non est dicendum. Navar. cons. 15. nu. 11. de empt. & vendit. edit. 2. ubi hanc Glossam dicit celebrem ad hoc, quòd tolerantia Papæ, qui solum permittit, & non approbat actum, non faciet eum licitum.

DISTINCTIO V.

S V M M A R I V M.

- 1 Nemo dispensat in lege naturali, & nu. 2. 3. & 4.
- 5 Puer quare in tēplo offerebatur quadragesimo die?
- 6 Fetus femineus, & masculinus quando animentur, & numeris seqq.

**I**N summ. distinct. ibi, Immutabile. Tenet Glossa neminem posse dispensare in lege naturali. Ad quod dicit memorabilem Navar. in cap. Novit de judic. nu. 112. & vide eundem dist. 5. nu. 7. & seqq. textus similis in §. Sed naturalia instit. de jure naturali.

Sed hæc conclusio certa, & immutabilis non est apud scribentes; prior, & communior opinio docet, jura naturalia in communi semper firma, & immutabilia permanere, & ideo per Principem, aut aliam humanam potestatem in universum tolli non posse, nullum tamen esse inconveniens, quòd in hoc, vel illo casu particulari, subsistente iusta causa, mutationem recipiant. Ita notabiliter per textum ibi notavit Glossa verbo noscerentur, in l. Manumissiones ff. de just. & jure, Gloss. verbo exemptus, in cap. A vobis 24. de decimis, recepta ex multis de quibus Felin. in cap. Vlt. à nu. 7. de maiorit. & infiniti quos referunt, & sequuntur Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 6. à nu. 5. Molin. de just. tract. 1. disp. 4. vers. Dubium tamen est. & multi adducti à Suar. de legib. lib. 2. cap. 14. nu. 1. pro quibus facit decisio text. in l. Ius civile ff. de justitia, dum ait, ius civile esse, quod neq; in totum à naturali jure, vel gentium recedit, neq; per omnia servit, sed jure cõmuni, idest ipsi naturali, vel gentium aliquid addit, vel detrahit.

Verùm hanc communem traditionem merito improbant multi, quos refert, & sequitur Suar. d. lib. 2. cap. 13. nu. 2. & comprobatur ex D. Thom. & communi theologorum sententia, de qua testatur idem Suar. cap. 14. num. 5. quia naturale ius, semper in se firmum est, & immutabile tam in communi, quàm in particulari, cum enim naturali rationi sit cõmensuratum, sicut ipsa naturalis ratio deficere non potest, neq; esse iniusta, ut probat Gratianus in presenti D. Thom. 1. 2. q. 100. nu. 8. & alij de quibus Covar. de sponsal. 2. part. cap. 6. §. 9. nu. 3. plures quos refert Suar. d. cap. 14. nu. 5. & convincitur efficaciter in Clement. Pastoralis vers. Septimus de re judicata, ubi Pontifex agit de casu particularis

laris sententiæ, scilicet latæ ab Imperatore cōtra Robertum Sicilia Regem non citatum, & inquit Pontifex sententiam fuisse nullam, quia non potuit Imperator procedere sine citatione, quia defensio est proveniens à jure naturali; atq; ita apertissime probat non posse etiam in particulari legem naturalem immutari.

4 Quare melius, & brevius cum eodem *Suar. cap. 13. na. 2. & 6. & cap. 14. nu. 8. 12. & 22.* distinguas dupliciter posse contingere mutationem in lege naturali, vel humana; aut intrinsecè per mutationem sui, (& hic modus solùmmodo possibilis est in lege humana, quæ à proferente quoad se ipsam licitè mutari potest, juxta ea, quæ notantur in *cap. Non debeat, de consanguinitate*; non ita in lege naturali, quæ intrinsecè nullam recipit mutationem) aut extrinsecè, quia mutatur materia, circa quam versatur, & hoc modo nullum est inconveniens, quod lex naturalis mutationem recipiat, ut in exemplo depositi, de quo in *l. Bona fides ff. depositi*; quævis enim rectum rationis dictamen postulet, ut depositum reddatur, si tamen ponatur circumstantia illa, quod restitutio in ipsius deponentis, vel Reipub. cedit perniciem; deficit illa rectitudo, & dictamen rationis, & postulat potius contrarium, atq; ita mutatio contingit, non ex parte ipsius legis, sed materiæ, quæ variatur.

5 In Glossa sume, verbo, **Quadraginta.** Quare præciperet Dominus die 40. offerri puerum in templo, assignantur tres rationes. Prima ad notandum, quod sicut die 40. in materiale templum ducitur, sic in 40. die anima in corpore, tanquam in suo templo infunditur. Secunda, ut anima, quæ in die 40. corpore infusa, ab ipso corpore maculatur, in die 40. templum ingrediens per hostias expiaretur. Tertia ad insinuandum, quod illi merentur caeleste templum ingredi, qui decem præcepta Decalogi cum fide quatuor Evangeliorum profitentur.

6 Ibi, **Fœtus foemineus.** Tenet Glossa fœtum foemineum animari lapsis 80. diebus; masculinum lapsis 40. sequuntur D.D. communiter, teste *Navar. cons. 46. nu. 2. de homicidio edit. 2. Vivald. in Candelab. tract. de irregul. tit. Ex homicidio voluntario nu. 230. & 231.* discrepat tamen *Mench. de arbitrar. casu 357. nu. 3.* qui ex *Plinio lib. 7. naturalis historia cap. 6. Aristotele de historia animalium lib. 7. cap. 3.* fœtum foeminae circa nonagesimum diem affirmat rationali anima informari, quæ aliqui sunt sequuti. *Avicena tamen lib. 9. de natura animalium cap. 3.* vult marem animari trigesimo die. Sanctus Augustinus autè vult animari die quadragesimo sexto, pro ut illū refert *Sayro de censuris lib. 7. cap. 1. na. 3.* Videbis elegantè de hac questione *Corneliū de Cornel. ad cap. 12. Levit.*

*nu. 5.* ubi multa adducit ex Patribus, & medicis, præcipuè ex *Levino Lemnio lib. 1. de occultis naturæ miraculis cap. 11. ex Fracisco Valesio Medico Phelippi secundi Hispaniarū Regis lib. de sacra philosophia c. 18.*

Sed omnibus litem movet Thom. Fienus medicus Bavariæ Ducum, & in academia Lovaniensi professor Primarius, qui in libro de formatrice fœtus q. 8. conclus. 11. opinionè tuetur nimis paradoxam, nititurq; nonnullis argumentis probare, quod anima rationalis infunditur tertio die circiter à seminis susceptione; si conceptus abeat in vitam, & non sit irritus. Vnde irridet *Conimbricenses lib. 2. de anima q. 14. art. 1.* afferentes opinionem dicentium animam citissimè, & ante organizationem infundi, falsam, ac erroneam esse. Sententiæ tamen Glossæ est standum, quam etiam tuetur *Covar. in Clement. de homicidio §. 1. nu. 24. Molin. de just. & jure tract. 3. disp. 27. nu. 1. Sayro de censuris lib. 7. cap. 1. nu. 3.*

## C A P. Cum enixa. I.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Ceremonia legis veteris, an hodie allegentur?*
- 2 *Partus Virginis fuit purissimus.*

**I**N textu. Collige ex textu posse ceremonias legis veteris hodie allegari ad decisionem dubiorum, & causarum, sed quomodo hæc doctrina debeat praticari? Vide latè *Covar. lib. 1. variat. cap. 17. nu. 1. vers. Hinc non immeritò. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 290. nu. 10.* conducunt quæ tradit *Suar. de legib. lib. 9. cap. 10. Salas de legib. disp. 23. sect. 2. & 3.* At de lege veteri vide, quæ scripsimus ad *cap. Omnes leges 1. nu. 2. supra dist. 1.* & de præceptis veteris legis quomodo, & quæ obligent. *Tiraq. latè in præfat. retract. nu. 8. & seqq. & de penis cap. 38. nu. 4.*

Ibi, **Mulier.** Attamen beata virgo, sub hoc nomine, & obligatione purgationis non fuit cōprehensa: nam partus Virginis fuit purissimus, omniq; sorde immunis, & à fluxu sanguinis liber, quod venustissimis carminibus innuit *Sannazarius lib. 2. de partu Virg. dum Sæctissimam matrem suam enitentem filium ita inducit.*

*Qualis rorem cum verè tepenti  
Per tacuum matutinus desudat Eous.*

Et paulò post.

*Hand aliter, quàm cum purum specularia Solem  
Admittunt, lux ipsa quidem pertransit;*

Et inde.

*Ille manent Mæsa.*

Sicq;

Sicq̄ decebat Virginem ipsis astris puriorem, omni fordium labe esse alienam. Quam opinionem esse communem patrum sententiam, latè ostendit *Suar. de vita Christi disp. 16. art. 4. sect. 2.* quidquid dubitet *Abulens. Levitic. 12. q. 2. & seqq.* nam purificatio in Virgine non idem significabat, quod in alijs, sed erat licitum illa legalia exercere ad vitanda scandala, vel incōmoda aliena, advertit *Salas de legib. disp. 23. sect. 9. nu. 59. in fine.*

C A P. Si mulier. II.

S V M M A R I V M.

- 1 *Consuetudo cōtra ius divinum ceremoniale, est valida.*
- 2 *Mulier in partu nullum peccatum incurrit.*
- 3 *Peccator an possit ob devotionem abstinere ab ingressu Ecclesie?*
- 4 *Non debet quis duplici pœna puniri.*

1 **I**N textu. Notat *Anchar. in cap. Vlt. De consuetud. nu. 6. post med.* quòd quando consuetudo est contra ius divinū ceremoniale, aut sacramentale, dicitur rationabilis, & valet.

2 **Ibi, Nullo pondere peccati.**

Nota quòd mulier in partu nullum peccatum incurrit, licet in conceptione possit peccatum cōmittere, ut ex nostro textu notavit *Abb. in cap. 1. de purificat. post partum notab. 2.*

3 **Ibi, Intra Ecclesiam.** An habens conscientia gravatam possit licitè ob devotionem abstinere ab ingressu Ecclesie, donec bene purgetur? vide *Abb. ubi proximè vers. Item nota affirmativè resolventem.*

4 **Ad fin. text.** Collige quòd si ex culpa sequatur aliqua pœna, non propterea ex illa pœna, debet alia pœna sequi, ne quis duplici pœna puniatur, contra *cap. Atsi clerici §. De adulterijs de judic. & vide Glossam verbo, imputari, in secunda post principium vers. Quid dices, in reg. imputari de reg. jur. lib. 6.*

C A P. Baptizari. III.

S V M M A R I V M.

- 1 *Puer an possit in utero baptizari?*
- 2 *Parentes an obligentur ad baptizandos filios in tempore infantia?*

**I**BI, Eadem hora qua natus est. I

An verò puer in utero possit ante integrā nativitatem baptizari, controvertunt hīc D. D. de quo dubio *D. Thom. 3. p. q. 68. art. 11.* & ibi *Caier. Sylvest. Baptismus 4. nu. 2. vers. Primò verò quæritur. Armilla verbo eodem nu. 27. Angel. Baptismus 6. nu. 3. Victor. in summ. num. 32.* post alios *Viyald. in Candelab. 1. p. tit. de Baptismo, num. 57.* ubi textum hunc citat, & vide posita in *cap. Què in maternis 115. de consecrat. dist. 4.* Ego breviter quæstionem solvo, asserendo esse expectādam totalem egressionem pueri ex utero, ut baptifetur. Si verò detur periculum mortis posse baptifari ante totalem egressionem, in capite, manu, vel pede iam emisso. Ita *Suar. tom. 3. in 3. part. disp. 25. art. 11. q. 68.*

In eodem, ibi, Nullo modo prohibetur.

An verò non solum nō prohibeatur baptizari, sed etiam obligetur? Vide *Suar. eodem tom. de Sacram. q. 68. disp. 25. art. 11. sect. 2. vers. Sed quæres, cum quo optimè prosequere, & q. 71. disp. 31. sect. 1. vers. Tertio sequitur, ubi ait, quòd extra casum necessitatis, & stando solum jure divino, non videtur obligari parentes ad baptizandos filios tēpore infantia, quod videtur olim fuisse in consuetudine in aliquibus locis, at verò ex consuetudine Ecclesie, & præcepto eius, rectè possunt parentes christiani ad baptizādos infantes suos ante adultam ætatem, obligari: cum res sit iusta, & bono cōmuni expediens, & ipsi subditi jurisdictioni Ecclesie, unde seclusa magna causa, non potest hæc consuetudo violari.*

C A P. Ad eius. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 *Mater an debeat filium proprio lacte nutrire?*
- 2 *Bonarum est mentium timere culpam, ubi culpa non est.*
- 3 *Mulier an teneatur tēpore menstrui reddere debitum?*
- 4 *Prima opinio firmans esse peccatum mortale.*
- 5 *Secunda opinio ait esse culpam, non tamen qualitatem culpa declarat.*
- 6 *Tertia opinio dicit solum esse peccatum veniale.*
- 7 *Quarta sententia tantum esse consilium, quæ verior apparet.*
- 8 *Quod quis invitus patitur, non ei parat præjudicium.*

IBI,

**I** BI, Prava autem. Vide Navarr. in *Manu. cap. 14. nu. 17. vers. decimo sexto*, qui per hunc textum tenet peccare matrem, saltem venialiter, que filium proprio lacte non nutrit, nisi adsit justa causa, de quo etiam Covarr. de sponsalib. 2. p. cap. 8. §. 6. nu. 13. Rebus. ad leg. Gall. 3. p. in prefat. tit. de consuetud. nu. 47. Unde Anna illa Sanctissima Helcanæ uxor, Samuelem filium proprijs uberibus aluit, ut videre licet ex lib. 1. Reg. cap. 1. nu. 23. & ibi, Francisc. de Mendoza in expositione litteræ à nu. 3. & seqq. ubi multa congerit; iuvat illud Claudiani Panegyric. 4. de Honorij Imperatoris consulatu, ubi tradit eundem Honorium educatum fuisse uberibus maternis.

*Ipsa quirinali parvum te cinxit amictu  
Mater; & ad primas docuit reptare curules  
Uberibus sanctis.*

Prosequitur latè, & elegantè, Tiraq. de nobilitate cap. 20. nu. 80. & seqq. quem omnino consule; sed nec venialiter peccare matres, observat communis usus.

**2** Ibi, Bonarum mentium. Ergo bonarum est mentium timere culpam, ubi culpa non reperitur. Intellige tamen non velle Greg. in presenti dicere bonæ mentis esse credere aliquid esse peccatum, quod peccatum non est; quia id stultæ mentis esset; authore Antonino 1. p. tit. 3. cap. 10. §. 10. reg. 6. in fine. post Gerson, quem citat, de quo latè Navarr. in cap. Cum contingat de Rescript. 15. causa nullis. remedio 1. num. 17. & 18.

**3** In Glossa, verbo, Ablactetur, ibi, Commisceri. Dicit Glossa tempore menstrui, non teneri mulierem reddere debitum viro, de quo Abb. in cap. 1. in fin. de purif. post part. iuvat illud Levitic. cap. 15. ubi dicitur de coeunte cum menstruata. *Si coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis immundus erit septem diebus, & omne stratum in quo dormierit, polluetur, & cap. 20. habetur. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, interficientur ambo.* Et qui plurima in huius concubitus detestationem videre desiderat, consulat Tiraq. conubial. leg. 15. nu. 128. & seqq. Sed ad hanc questionem satis dubiam reserandam, & ut materia magis clucescat; veniunt nonnullæ opiniones examinandæ.

**4** Prima est opinio aiens culpam esse lethalem eo tempore debitum petere, docet S. Bonavent. in 4. dist. 32. in expositione litteræ nu. 7. & art. 3. q. 1. Scot. eadem dist. q. Vnica. Petrus Soto de instit. Sacerdotali lect. 16. de matrim. §. Sunt etiam, & clarior lect. 10. de different. peccatorum §. Quia tamen in fine. Angles floribus Theolog. p. 1. de matrim. q. 6. de solvendo debito art. 1. difficult. 2. tradunt jurisperiti in Rubr. de sponsalib. ubi Butrius nu. 14. vers. Un-

de. Alexand. de Nevo nu. 21. vers. Primus, quod tamen temperant prædicti D.D. nisi adsit incōtinentiæ periculum in alterutro conjugē.

Secunda sententia ait culpam esse petere, aut reddere debitum; qualis autem culpa sit? Subtinet D. Thom. in 4. dist. 32. q. Vnic. art. 2. quaestiuicula 2. in corpore ubi, Richard. art. 4. q. 1. supplementum. Gabr. q. Vnic. art. 2. post 11. conclusion. vers. Videtur ergo. Medin. lib. 1. in summa cap. 16. §. 13. fol. 189. Glossa in presenti, verbo, Ablactetur, communiter tradita ab Henrico in cap. Inquisitioni. nu. 10. de sentent. excommunicat.

Tertia opinio satis probabilis, docens solum culpam venialem esse tunc exigere debitum; quam tenet Paludan. in 4. dist. 32. q. 1. art. 3. nu. 13. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 20. §. 5. in fine. Abulens. cap. 5. Matth. q. 245. in fin. Caietan. 2. 2. q. 154. art. 1. vers. Ad tertium dicitur. Ledesma 2. 4. q. 66. art. 1. vers. Sed an ista conjuges fol. 525. Sotus in 4. dist. 32. q. Vnic. art. 2. ad secundum. Henric. lib. 11. de matrim. cap. 15. num. 7. Gaeta in repet. cap. Ad limina §. 4. nu. 136.

Ultima sententia affirmat, consilium esse tempore menstrui à debito coniugali abstinere, si tamen fiat, nullam esse culpam, quia conjuges jure suo utuntur, ac per accidens, & præter intentionem proli sequitur damnum, nam teste Arist. lib. 1. de generat. animalium cap. 19. rara est eo tempore conceptio: quam opinionem satis tutam existimo, eamque tenet Glossa in cap. Si causa, verbo, conceptus 33. q. 4. Castro de lege pœnal. lib. 1. cap. Vlt. §. Aliud est. In Levitico idem docent alij, quando coniux bona fide ducitur; tradit Navarr. in Man. cap. 16. nu. 32. Matienso lib. 5. recopil. in Rubr. nu. 11. & Glossa 1. nu. III. Vivald. in Candelab. 1. p. de matr. nu. 250.

In Glossa verbo, Invita, ibi, Non afferat præiudicium. Docet Glossa regulare esse, ut quod quis invitatus patitur: nullum ei debeat parere præiudicium, sed ad hoc Tiraq. retract. Lignag. §. 1. Glossa 18. nu. 39. videndus qui latè materiam prosequitur.

## DISTINCTIO VI.

### CAP. Testamentum. I.

#### SYMMARIUM.

- 1 Genus illusionum multiplex.
- 2 Pollutio nocturna ex superfluitate non est timenda.
- 3 Potest esse peccatum veniale.
- 4 Aliquando est peccatum mortale.

5 An propter illam debeat Sacerdos à missa abstinere?

6 Quid de hoc sentiat missale Romanum?

7 Copula coniugalis, an prohibeat cōmunionem?

8 An pollutio possit desiderari in somno?

**I**N textu. Agit Gratianus in presenti, ex doctrina D. Gregor. de multiplici genere illusionum, & pollutionum, quæ nocte contingūt, de quo sunt videndi D.D. quos late congerit Cened. ad Decretū collect. 25. Adde Vasq. 1. 2. disp. 207. cap. 1. & 2. & quæ dicemus ad cap. Vlt. nu. 1. hac eadem dist. latissimè Azor in summ. tom. 3. lib. 3. cap. 24. Soto in 4. dist. 12. q. 1. art. 7.

2 In §. Sed est, ibi, Ex naturæ superfluitate. Igitur pollutio nocturna, quæ accidit ex superfluitate, vel infirmitate, non est timenda, nec impedit sumptionem Eucharistiæ, ut tradit Victoria de Sacramento. tit. de Eucharistia nu. 81. Sylvest. verbo, Eucharistia 3. vers. decimo queritur, n. 12. Navarr. in Man. cap. 21. nu. 51. vers. minus autem, Sot. in 4. dist. 12. q. 1. art. 7. conclus. 1. Vivald. in Candelab. 1. p. de Sacramento Eucharistiæ, nu. 110. Ludovic. Beja de casib. 1. p. casu 8. ad fin. Medices in summ. peccatorum, p. 2. tit. 8. q. 36. post principium. Cordub. questionum theologicarum, lib. 1. q. 7. Vivius lib. 2. cōmun. opinion. 228. Suar. tom. 1. de Sacramento. disp. 68. art. 8. sect. 2. vers. Dico igitur primò. Vasq. tom. 3. de Eucharistia disp. 210. art. 7. nu. 19. & 20. Sanch. de matr. tom. 3. disp. 45. nu. 4. lib. 9.

3 In §. Cum verò, ibi, Aliquem reatum. Et ita illusio, & pollutio nocturna potest esse peccatū veniale, nempe quando appetitus gulæ in sumendis alimentis excedit, atq; id circo humorū receptacula gravantur; non tamen hæc pollutio in somno cōtingens, prohibet missarum solēnia celebrare. Victoria d. nu. 81. Sylvest. d. nu. 12. vers. Qualibet. Sot. d. art. 7. conclus. 1. in principio. Cordub. d. q. 7. vers. De alijs. Medices d. q. 36. vers. Si igitur. Vivald. d. nu. 110. in principio. Covarr. in Clement. Si furiosus, 3. p. in initio nu. 7. post principium. Gaeta in recept. cap. Ad limina, §. 6. nu. 115. & 116. Suar. d. sect. 2. vers. Secundum dicendum est. Vasq. d. art. 7. nu. 21. Sanch. de matr. lib. 9. disp. 45. nu. 22.

4 In vers. Qua in re, ibi, Ex turpi cogitatione vigilantis. Ergo illusio, seu pollutio dormientis aliquando est peccatū mortale, quia quod cogitavit sciens, hoc pertulit nesciens; remanet enim quoddam vestigium, & inclinatio in anima, qua dormiens inducitur in sua imaginatione ad assentiendū actibus, ex quibus

sequitur pollutio, ac proinde est peccatū mortale per relationem ad suam causam, à qua processit, habetq; rationem culpæ, ex parte causæ: ut post D. Thom. in 4. dist. 9. art. 4. tradit elegatè Covar. d. nu. 7. post principium. Medices d. q. 36. vers. Contingit autem. Victoria d. nu. 81. vers. Si verò. Beja d. casu 8. prope finem. Sot. art. 7. conclus. 1. in principio. Cordub. d. q. 7. in principio.

Ibi, A sacro mysterio. Docet Gregor. quando pollutio nocturna est peccatū mortale, debere Sacerdotem à mysterio altaris ea die abstinere ad quod obligari sub mortali comprobatur Sot. d. conclus. 1. in principio. vers. Si verò. Sylvest. verbo, Eucharistia 3. n. 12. & post D. Thom. tradit Menoch. de arbitr. cent. 6. casu 590. in principio; sed peccare tantū venialiter, contendit Victoria d. nu. 81. vers. Si verò. late Cordub. d. q. 7. proposit. 1. Probatur quia illud tantū sub mortali impedit sumptionem sacramenti, quod hominem illius indignū reddidit; at sufficienter contritus, atq; cōfessus non accedit indignè. Idem videtur tenere D. Th. (licet pro cōtraria opinione citetur) in 4. dist. 9. q. 1. art. 4. in 2. q. ibi. Non tamen si celebrat, mortaliter peccat, sed venialiter. Et inferius in responsione ad secundū, tantū dicit non esse consulendum alicui, quod statim post peccatū mortale, etiam cōtritus, & confessus ad Eucharistiam accederet, nisi magna necessitas urgeret, non tamen affirmat peccatum mortale incurri, si aliter fiat; imò Navar. in Man. cap. 21. nu. 81. vers. Quare, docet nec venialiter peccari, & meo iudicio idem sentit Vasq. d. art. 7. n. 28. in fin.

Hodie verò consulendū est Missale Romanū Clementis 8. & Pauli 5. autoritate recognitū in rubrica de defectibus circa missam §. 9. n. 5. cuius verba trāscribere liceat. Si praeceperit pollutio nocturna, quæ causata fuerit, ex procedenti cogitatione, quæ sit peccatum mortale, vel evenerit propter nimiam crapulam, abstinendum est à cōmunionem & celebrationem, nisi aliud confessario videatur. Si dubium est an in procedenti cogitatione fuerit peccatū mortale, consulitur abstinendū, extra tamen casum necessitatis. Si autem certum est non fuisse in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullam fuisse cogitationem, sed evenisse ex naturali causa, aut ex diabolica illusionem, potest cōmunicare, & celebrare, nisi ex illa corporis cōmotione tanta evenerit perturbatio mentis, ut abstinendum videatur. Hæc ibi.

Sed queritur quid dicendum sit de copula coniugali? & cōmunis opinio habet, esse tantū consilium eo die abstinere, Victoria in summ. tit. de Eucharistia d. nu. 81. in fin. Sylvest. verbo Eucharistia 3. nu. 13. Beja 1. p. casu 8. in principio. Navarr. in Man. cap. 21. nu. 51. in fin. Maiolus de irregularitate lib. 5. cap. 1. nu. 11. quæ sententia tutius procedit si non sit ex voluptate, sed ex pura intentione prolis. At vero quando copula est, omnino voluptaria, & ex cōcupiscentia carnis, consulendū est, ut eo die quis abstineat à cōmunionem, & regulariter

gulariter erit peccatū veniale, ita cum cōmuni comprobatur eleganter *Sum. 1. tom. de Sacramentis disp. 68. art. 8. sect. 2. vers. Secundo intelligitur;* congerit ex poetis, & oratoribus multa symbolica argumēta latissime *Tiraq. l. 15. connub. à nu. 114.*

- 8 Dubitatur an desiderare pollutionem in fōno, ut natura levetur, non intendendo pollutionem ipsam, nec aliquid adhibendo, ut pollutio sequatur, sit peccatum? Licitum esse, tuetur *Navarr. in Man. cap. 16. nu. 7. vers. Non est;* citans *Caiet. 2. 2. q. 154. art. 5. Sylvest. verbo, pollutio ad med. Antonin. 2. p. tit. 6. cap. 5. eam videtur sequi Tabiena, verbo, cōmunicare, §. 38. vers. De illo. Angelica, verbo, pollutio, nu. 2. vers. Si autem. Contrarium docet *Sot. in 4. dist. 12. q. 1. art. 7. col. 6. vers. Secundo arguitur, & post Paludan. Medin. Adrian. dicit pbabilius Azor in sum. tom. 3. lib. 3. cap. 24. vers. Tertio quaeritur. Mihi prima opinio satis tuta.**

## C A P. Sed pensandum. II.

### S V M M A R I V M.

- 1 Peccata quae cogitatione, delectatione, & consensu perpetrantur.
- 2 Peccata, quae cogitatione complentur.
- 3 An subiti voluntatis motus sint peccata?
- 4 Delectatio morosa, an sit peccatum?
- 5 Quid si fuerit tacita, & non voluntaria?
- 6 Consensus quid sit?
- 7 Differentia inter consensum, & delectationem.

**I**N textu. Agitur de peccatis, quae cogitatione, delectatione, & consensu perpetrantur, de quo late agit *Azor tom. 1. instit. moral. lib. 4. cap. 4. per totum;* praedicta autē peccatorū genera sunt inter se specie, & natura distincta, ut tradit *Azor d. cap. 4. vers. Secundo quaeritur, & de materia textus tangit etiam nonnulla Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 27.* Adde ex doctoribus aliam triplicem peccatorū differentiam, quaedam enim peccata sunt cōtra bonū cōmune, primò, & per se, ut conjuratio in Principem, haeresis, proditio in rempub. & alia huiusmodi; quaedam sunt in dānum alicuius privatae personae, ut homicidium, furtū privatum, &c. Quaedam etiam sunt peccata solum contra ipsummet poenitentem, ut fornicatio, cōcubinitus; qui enim talia cōmittunt sibi potius nocent; de quibus omnibus agit *Tolet. in instit. Sacerd. cap. 57. lib. 5. nu. 1. ad med.*

- 2 Ibi, Suggestione. Sunt certa quaedam peccatorum genera, quae suggestione, seu cogitatione complentur, quod multis modis contingere potest, nam res sensibus perceptae ipsum appetitum anima-

lem, vel sui desiderio trahunt, vel quadam voluptate, & suavitate delinunt: mox ex sensibus transvolant ad imaginandi vim, unde rerum memoria, seu cogitatione quidpiam concupiscimus; aut in aliquo delectamur: Tandem res in mentem veniunt, atque eius intelligentia conceptae, in appetitu rationis, quae est voluntas, sui desiderium excitant, vel sua iucunditate delectant: tradit eleganter *Azor d. lib. 4. cap. 5. in principio.*

Sed dubitatur an subiti voluntatis motus, qui omnem rationis usum praecurrunt, sint peccata? Partem affirmativam tenent *Alexand. de Ales. p. 2. q. 108. Durand. in 2. sent. dist. 21. q. 1. ea ratione nituntur, quod motus qui imaginationem rei absentis repraesentant, licet rationis usum antevertant, possunt tamen ab ea impediri: nam si ratio diligenter invigilet, imaginationem potest continere, ne turpe quid absens fingat, aut cogitet. Contraria tamen opinio verior est, ut tradit *Corduba. quaest. Theolog. q. 23. dubio 9. post alios Azor. d. cap. 5. vers. Secundo quaeritur, qui latissime disputat. Probatum quia ante omnem rationis usum nihil voluntarium esse potest: quippe voluntarium naturaliter est cum cognitione rei; unde ubi nulla est mentis cognitio, voluntarium esse non potest. Ad obiecta vero non magni negotij est respondere, nam licet ratio saepe imaginationem prevenire queat, non tamen semper potest, cum multae imaginationes praetervolent, quae subito in sensus incurrunt, ita ut citius in eam illabantur, quam ratio possit advertere. An autem motus qui vocatur à Theologis secundo primi, in culpa, & vitio sint? Vide eundem *Azor ubi proxime, vers. Tertio quaeritur, & seqq.***

Ibi, Delectatione. Ergo delectatio morosa circa obiectum malum, est peccatum; ita ut si materia sit levis, delectatio venialis: lethalis verò, si gravis; quia obiectum quatenus malum, cum sit rectae rationi dissentaneum, à voluntate approbati jure non potest; & ad hoc dicit nostrum textum optimum *Covar. de homicidio, 2. p. §. 1. nu. 6. Navarr. in Man. cap. 11. nu. 11. & cap. 16. nu. 9. Quae opinio est cōmuni Theologorum, & Canonistarum consensu adeo recepta, ut contraria tanquam temeraria rejiciatur, ut post *Chrysost. Gregor. Bernard. D. Thom. & alios tradit Azor d. lib. 4. cap. 6. vers. In hac igitur; quod tamen intelligendum est de delectatione, qua quis delectatur in malo, ut malum est, nam in malis saepe potest aliquid boni cogitatione apprehendi. Sit exemplum: Antonius ex jumento cadit, & graviter laeditur, quia casus ille fuit ridiculus, risum excitat, & latitiam. Tunc is, qui laetatur, & ridet nequaquam delectatur de malo, aut corporis offensione, sed solum de modo ridiculo, quo Antonius decidit, prosequitur alijs exemplis *Azor d. cap. 6. vers. Primo, ad fin.***

Quaestio

5 Quæstio autem esse potest, an ut delectatio morosa sit in culpa mortali, sufficiat eam esse implicite, & tacite voluntariam, an verò etiam oporteat ut sit voluntaria explicitè, seu explicitè? Exempli gratia, inappetitum sensus irrepit quædam delectatio ex cogitatione turpi: voluntas verò nec reprimit, nec acceptam habet, sed solum permittit: dubitatur an quia non refrænat, cum possit, eo ipso graviter peccet? De quæstione disputat uberrimè Azor hinc, inde multa adducens d. lib. 4. cap. 6. vers. *Quinò queritur, & seqq.* Tu resolve: si imminet probabile periculū impliciti consensus cadendi in eam delectationem, lethalis culpa incurritur, si voluntas tale periculum non repellat; quando verò abest omne periculum; tunc voluntas eam delectationem non respuens, licet peccet, non tamen graviter: ita colligitur ex Sylvest. verbo delectatio q. 1. vers. *Quartum*, prope fin. Caiet. in sum. verbo delectatio morosa. §. magna tamen, Armilla, verbo cogitatio. nu. 3. Navarr. in Man. cap. 11. nu. 11. & 12. Sanch. de matr. lib. 9. disp. 45. nu. 25. Ratio est quia si nullum periculum impendat, nulla lege compellitur voluntas ad eam delectationem cōprimendam, licet in sua potestate sit eam cohibere.

6 Ibi, Consensu. Est actus, quo voluntas approbat sententiam cōsultatione rationis iudicatam, tanquam sibi placentem. Nam ut docet Bonavent. 2. sent. dist. 28. art. 2. q. 2. Consensus est concordia voluntatis, & rationis ad aliquid faciendum. Ex quo efficitur, ut in amentibus, & pueris, in quibus nulla est consultatio, consensus quoq; non fit: licet in eis sit voluntarium. Plane de consensu agit D. Thom. 1. 2. q. 15. per totam.

7 Differentia est inter consensum, & delectationem (de qua egimus nu. 4. & 5.) quia consensus, sive voluntas efficax refertur ad opus externum, tanquam progressus quidam, & motus ad terminum: at verò delectatio, quam vocant simplicem complacentiam, ad opus exterius minimè refertur: sed solum est quidam simplex voluntatis affectus, quo objecta, tanquam jucunda, placent, & accepta habentur: notat Azor d. lib. 4. insit. moral. cap. 6. in fine.

C A P. Non est peccatum. III.

S V M M A R I U M.

- 1 Quando sit peccatum nocturnis imaginibus illudi.
- 2 Obijciuntur dormientibus, quæ vigilantes cogitarunt
- 3 Præcepta moralia veteris legis an expiraverint?
- 4 Ius cōsuetudinariū, quādo habuit exordiū?

5 Nemroth. quis fuerit?

6 Distinctio peccatorum veteris legis.

I N textu. Agit textus, quando sit peccatum nocturnis imaginibus illudi, & pollui; de quo vide, quæ late scripsimus ad cap. Testamentum 1. hac eadem dist. Adde Sanch. 3. tom. de matrim. lib. 9. disp. 45. a nu. 28. ubi, nu. 31. agit an dormiens possit amittere gratiam? & negativè resolvit.

Ibi, Dormientibus apparent. 2

Et ita ea obijciuntur dormientibus, quæ vigilantes, aut cogitarunt, aut adamarunt, ut tradit D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 6. in corp. Comitolus respons. moral. lib. 4. q. 4. nu. 3. Neq; illud prætereundū in rem nostram appositissimum argumentum, ductum ex Claudiano in præfat. de rapt. Proserp.

*Omnia quæ sensu voluntur vota diurno.*

*Tempore nocturno reddit amica quies.*

*Iudicibus lites, auriga Somnia currit.*

*Vanaq; nocturnis vieta cavetur equis.*

Sed meo iudicio cōptius, ac brevius Sene. in Octa.

*Quacunque mentis agitat infestus rigor,*

*Et per quietem facer, & arcanus refert,*

*Veloxque sensus.*

In §. His itaq; ibi, Manet immobile. 3

Docet Gratianus præcepta moralia veteris legis non expirasse à passio Christo; quia sunt naturalia, & permanent in perpetuum, sequitur post D. Thom. Navar. de datis, & promissis §. Octavo noto, n. 13. post principiū. Rebus. ad leg. Gall. 3. p. in præfat. tit. de consuet. nu. 45. Roch. in cap. Vlt. de consuet. sect. 2. nu. 1. Greg. Lopez p. 6. tit. 9. l. 32. Gloss. 3. vers. *Vt dixi superius.*

In eodem §. His, in vers. Ius verò, ibi, Ex quo Cain. 4

Et sic ius cōsuetudinariū exordium habuit, postquam homines convenientes in unum cœperunt simul habitare; quod ab eo tempore factum esse credit Gratianus, ex quo Cain civitatem ædificasse legitur: Gen. cap. 4. nu. 17. sequuntur Rebus. ad leg. Gall. 3. p. in præfat. tit. de consuet. n. 5. Roch. de consuetud. in præfat. n. 2. Navar. in cap. Novit de judicijs, notab. 3. nu. 154. qui ait hoc fecisse Cain, ut qui profugus, & eiectus erat à Deo ob fratricidium, se tutaretur ab alijs, quibus odio habebatur. Vide Patres, & Scriptores ad locum citatum Genescos, præcipuè Abulens. Pereiram, Cornelium, Delyium, Oleastrum.

In fin. textus, ibi, Nemroth robustus venator. 5

Hoc est hominum oppressor, & extirpator, quemadmodū exponit Gratianus in præfati, lic interpretans. cap. 10. nu. 8. & 9. Genescos, sequitur post alios Menoch. de arbitrar. cent. 5. casu 413. nu. 4. Fuit Nemroth. primus rex post diluvium

luyum, descendens per lineam reprobam Cham; unde dicitur Tyrannus, & quod per tyrannidem usurpavit potestatem regiam, quæ post diluvium videtur fuisse penes Noam, & Incessores eius per lineam Sem approbatam, de quo vide elegantè Navarr. in cap. Novit. de iudicijs notab. 3. nu. 151. Lege doctores ad dictum locum Genes. 10. nu. 8. & 9. maxime quos proxime citavi.

**6** In Glossa verbo, His itaq; Nititur Glossa distinguere præcepta vetera, appellans alia moralia, alia mystica; sed eam impugnat Covar. lib. 1. resolut. cap. 17. nu. 1. post principium, qui ait distinctionem hanc esse imperfectam, & mutilam, & ibi prænotat præcepta veteris testamèti quedam esse judicialia; quedam moralia; quedam ceremonialia; de quibus latè agit, & ante illud eandem distinctionem tradiderat D. Thom. 1. 2. q. 99. art. 4. & est communis. Lege Cornelium. de Cornelijs, qui in fine cõmentariorum ad Pentateuchum, optimè dividit in proximas tres classes hæc præcepta, & unicuique sua diligenter assignat.

## DISTINCTIO VII.

### CAP. Moyfes. I.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Moyfes tulit Hæbreis legem. & nu. 2.*
- 3 *Legum latores enumerantur.*
- 4 *Decem viri quando crearentur.*

**I**BI, Divinas leges. Ergo non Moyfes tulit Hæbreis legem, sed quam Deus latam à se ipsi Moyfi traddidit, illam eis promulgavit, ut per D. Thom. 1. 2. q. 98. art. 1. 2. & 3. Promptuar. juris tom. 2. verbo, lex, fol. 12. littera E. Modinius in §. Lex est, instit. de iur. naturali dub. 1. n. 7. Navarr. in princip. de panit. dist. 5. nu. 7. ubi infert omnes leges veteris testamèti, tam ceremoniales, quam judiciales esse divinas, sed non naturales: quoniam à passo Christo expirarunt. Adde Bellarm. de sacrament. in genere, cap. 23. vers. Secundo, & cap. 25. vers. Ad sextum. & lib. 1. de extrema Vnctione, cap. 4. vers. Habemus. Deinde Vasq. 1. 2. disp. 180. cap. 3. & quæ scripsimus ad cap. Omnes leges nu. 3. supra dist. 1. & ad cap. vlt. nu. 3. infra dist. 8. An verò Deus per se immediatè, an ministerio Angelorù vices Dei gerentiù legem Moyfi tradiderit? Questio est non vulgaris: & an omnes hominibus apparitiones, quas Deum fecisse in veteri testamèto legimus, à Deo factæ sint immediatè, aut per Angelos loco Dei suffectos? Illam erudite, & copiosè tractant inter alios, Patres Socie-

tatis IESV, Ribeira in cap. 1. epist. ad Hebr. à nu. 3. Pereira in cap. 31. Gen. disp. 1. & in cap. 3. Exod. disp. 6. & lib. 3. in Daniel. ibi. Species quarti similis filio Dei. Bineda in cap. 1. Iob. vers. Sexto in fine & in Prævio Salomon. lib. 3. cap. 8. Barrad. tom. 1. Concord. lib. 1. cap. 15. Lorinus in cap. 7. Act. nu. 30. Petrus Thyraus lib. 1. de spirituum apparitionibus cap. 4. & lib. 1. de apparit. visibili cap. 24. & lib. 2. de apparit. vocali cap. 15. & lib. 3. de apparit. imaginaria, cap. 15. Delrius de magia lib. 4. cap. 1. q. 1. Molina 1. p. q. 51. disp. 2. §. Quod attinet. Vasq. ibi, disp. 185. Valent. tom. 1. disp. 4. q. 2. punct. 2. Suar. de legib. lib. 9. cap. 2. & de Angelis lib. 6. cap. 20. §. 25. & seqq. Qui omnes cõcludunt Deum non per se immediatè, sed per Angelos, & legem dedisse, & antiquis Patriarchis apparuisse, quod cum Scripturæ sacræ conformius sit, placet tatorù virorù sententia.

Decem autem tantum esse mandata, & in 2 duabus tabulis scripta, probatur ex cap. 4. Deutoronom. & 10. Scripsit Deus in tabulis verba decem. Si quæras quænam præcepta in prima, quæ in secunda tabula inscripta sint? Breviter respondetur, in prima tabula mandata esse scripta, quæ ad Deum pertinebant, scilicet primum, secundum, & tertium præceptum. Reliqua septem præcepta erant in secunda tabula, & homines respiciebant: profequitur latè Barradas in Itinerario filiorum Israel lib. 4. cap. 4. nu. 3.

Ibi, Phoronæus. Innumerat textus 3 legum latores diversarum gentium, de quibus vide latè Alexad. ab Alexand. lib. 6. genialium dierum cap. 10. post principium, ubi, Tiraq. Multa ex Strabone, Diodoro, & Aristotele, congerit; Maranta de ordine iudiciorum, 3. p. à nu. 16. 17. & 20. Adde Azor lib. 6. instit. moral. cap. 6. tom. 1. & posita ad cap. Lex n. 2. supra dist. 1.

Ibi, Decem viros. Sextus Licinius 4 tribunus plebis instituit, ut decem viri crearentur, quinque patrum, quinque plebis: mansitque hic numerus ad Cornelium ferè Syllam, quo tempore quindecim viri creati sunt: ut tradit Alexand. ab Alexad. lib. 3. genialium dierum cap. 16. in principio, & ibi, Tiraq. lintera C. & de his quoque decem viris loquitur Probus Æmilius in vita Thrasybidi. Sed, & aliquando Ephesij decem viros crearunt, apud Plutarchum in Lysandro: plura tradit Agellius noctium Atticarum lib. 18. cap. 12. ante med. & primos decem viros Romanos enumerat Maranta p. 3. de ordine iudiciorum nu. 20.

### CAP. Fuerunt. II.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Agitur de legibus duodecim tabularum.*
- 2 *Leges præterite an possint allegari?*

**I**N textu. Loquitur textus de legibus 12. tabul. de quibus sunt vidē- di Anton. August. de legib. & Senatusconsult. fol. mihi 217. Azor instit. moral. tom. 1. lib. 6. cap. 63. per totum. Conan. lib. 3. de jur. civil. cap. 11. nu. 2. vers. Quo tempore, latissimè Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 26. elegantèr Alexand. ab Alexand. lib. 6. genialium dierum cap. 10. non longè post principium, vers. Ex his, ubi Tiraq. eum curiosè exponit, atq; exornat:

**2** In vers. Novæ leges. Circa has cō- stitutiones, & Codices, vide textum in l. 1. in principio, c. de novo Codice faciēdo, & an tales leges, cum sint præteritæ, possint allegari? Vide text. in l. Vnica, §. Hunc igitur in princip. Cod. de Inst. Cod. confirm. Rebus. in l. Derogatur, iij. vers. Effectus autem ff. de verbor. signific.

D I S T I N C T I O . V I I I .

C A P . Quo jure. I.

S V M M A R I V M .

- 1 Jure gentiū rerū divisio introducta fuit.
- 2 Qui longo tempore usus est molendino, non potest prohibere volentem novū molendinum facere.
- 3 Aliqua rerum divisio jure civili introducta.
- 4 Regibus debet quisq; obtemperare.
- 5 Petenti restitutionem potest opponi exceptio de heresi.
- 6 Verbū, Meū, natura sua denotat dominiū.

**I**BI, Nonne jure humano. Ergo jure humano seu gētium rerum divisio fuit introducta, de quo latè disputant D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 2. ad 1. & ibi Caiet. Medina in Cod. de rebus restituendis q. 1. conclus. 5. vers. Quibus non obstantibus. Scotus in 4. dist. 15. q. 2. art. 1. latè Salon. 2. 2. q. 4. art. 1. & 2. Ledesma 2. 4. q. 18. art. 1. dub. 5. Conan. lib. 1. jur. civil. cap. 6. nu. 5. elegantèr Molin. de just. tract. 2. disp. 20. conclusione. 1. & conclusione 2.

**2** Ibi, Hæc villa mea. Per hunc textū dicunt Hof- tien. & Ioan. Andr. in cap. Significante, de appellat. quod non licet illi, qui longo tempore usus est furno, & molendino, prohibere volentem novum furnum, vel molendinum facere, nisi probet servitutem sibi deberi. Tamen hoc fallit in domino villæ afferente, quod talis servitus

sibi debeat, & idem præsupponunt licere domino, quamvis non probet hanc servitutem sibi deberi; quod verum est, si loquantur de Imperatore, vel saltem de Principe iupremo, qui non recognoscat superiorem, ut in simili respondit Natta cons. 522. nu. 23. vers. Et eodem. Quod si indistinctè loquantur in quocumq; domino villæ, seu loci, utiq; esset falsum, ut post multa, & multos comprobat Surd. cons. 127. nu. 2. 18. & 54. vol. 1.

In vers. Tolle jura Imperatorū. 3

Ergo aliqua rerum divisio jure tantum civili fuit introducta, ut tuetur Caietanus, & Ledesma, ubi proximè. Sor. de just. lib. 4. q. 3. art. 1. conclus. 3. In contrarium urget, quod omnis dominiorū distinctio juri gentium tribuitur, l. Ex hoc jure ff. de just. & inde est quod omnia dominia dicuntur juris gentium, Bart. nu. 5. & 6. & Ias. nu. 43. in d. l. Ex hoc jure. Tu resolve omnem rerum divisionem virtualiter quidem, jure gentiū fuisse inductam, non tamen actualiter, cum plures sint divisiones, quæ licet ad illam juris gentiū divisionem, velut partes ad totum reducantur; per se tamen consideratæ, non ad ius gentium, sed ad civile potius expectant. Nec obstat text. in præsentī, dum omnem tribuit divisionem juri civili, namq; omīssa responsione communi, quod scilicet Augustin. hic rerum divisionem juri civili tribuit non quasi auctori, sed quasi ministro, & executori ipsius. Respondebis quod D. August. omnes juris opiniones ad duas tantum reduxit, nempe ius humanum, & divinum: proinde sicut ius naturale, ad divinum, ita merito ius geht. (quod constat esse humanum) ad ius imperatorum reducitur. Similem distinctionem ponit Isidor. in cap. Omnes, supra dist. 1. Adde de materia Gomez. variar. 2. tom. cap. 10. n. 4. vers. Sed attende. Navarr. in cap. Novit de ludii. notab. 3. nu. 22. ad fin. Navarram tom 2. de restitut. lib. 3. cap. 3. nu. 6. Martam de jurisdict. lib. 1. cap. 1. nu. 12.

In §. Legantur, ibi, Reges re- 4

veremini. Ergo peccabit, qui non obtemperaverit, tradit Covar. reg. peccatum, 1. p. nu. 5. cum potestas regia proximè, vel remotè sit à Deo, de quo latè disputat Molin. de just. tract. 2. disp. 26. & 27. in principio. Lege Lypsiū optime differentem reges, & regna à Deo dari, in monitis, & exemplis politicis, lib. 1. cap. 5. mon. 1.

In Glossa 2. ibi, Obstat excep- 5

tio hæresis. Docet Glossa, quod petenti restitutionem potest opponi exceptio hæresis: sequitur Panormit. in cap. Item est quis n. 9. de restit. spoliat. & hinc colligitur regula quod omnis exceptio respiciens possessionem, admittitur; notant Ioan. Andr. Bald. & Abb. nu. 9. ad fin. in c. 1. de restit. spoliat. Decia. tract. crim. lib. 5. c. 20.